est idolatria vl voluptate prescindo vl rado: et tunc ex ea vernaculos genero dño deo sabaoth. Ibiq multa enumerat exempla de sacris doctoribus qui vsi sunt philosophia ad ecclesie vtilitatem. Illi igit sileant qui veraz phiam reprobat dicentes philosophorum dicta inutilia fore. Si mihi enim nõ credunt, saltem hiero. credant. Nullum enim incõueniens apparet cuiuscunq gentis dicta colligere et suo pposito rõnabiliter applicare. vnde seneca. epistola. l. Non mireris inquit ex eadẽ materia suis studijs quenq aptem colligere. In eodem enim prato bos herbã querit canis leporem: cyconia lacertã: quasi diceret nullius doctrinani spernãdam esse: qr sapiens in quolibet querit quod bonum est: et ita pficit et reprobat quod malum est et ita id tollit quod alios inficit. Quanq igitur sacra eloquia quibuscunq phorum dictis stabiliora et merito laudabiliora sint: nullatenus tamen depmenda. Unde isa. xxiij. Erubesce sydon ait mare super quo verbo gregorius primo moralium in sidone inquit figuratur stabilitas positorũ in lege in mari aũt vita gentiliũ. Erubesce igitur sydon ait mare: qr ex vita gentilium redarguit vita sub lege positorum. atq ex actione secularium cõfunditur actio religiosorũ. dum illi etiam promittẽdo nõ seruant quod in preceptis audiunt: et isti viuendo etiam ea custodiunt in quibus nequaq legalibus preceptis astringũtur. iuxta illud roma. ij. Gentes enim que leges nõ habentque legis sunt faciunt. Que oĩa ideo allegata sunt q dicta gentilium philosophorũ nõ sunt cõtemnenda: qr prodesse sepius inueniuntur. Et si mala intentõe aut causa laudis flagella tulerint: eorũ exemplo redarguimur si pro eterna felicitate ea ferre cõtendimus que p terrena voluptate pertulerunt. In ipis ergo eorũ malis instruimur nõ q imitationem mereant: sed qr potius eã pp̃ter deum facienda sunt que ipi propter inanẽ gloriam et voluptatem peregerunt. Unde aug. v. de ciuita. dei. ca. viij. Postq romanorũ acta magnifica narrauit: cõcludit q si romani p ciuitatis terrene gloria tanta fecerunt nos potius pro eterna. vnde crisosto. super matheũ omelia. vij. ante finem. Excogitate inqt grecorum phorum acta et tunc scietis qnto supplicio sumus digni eo q leges diuinas trasgredimur. Quibus omibus attentis patet qm phia doctrina vtilis est. Ipamq reuelatam gentilibus phis referunt plures: vt tangit aug. xviij. de ciui. dei. ca. xlviij. Nempe gentiles infideles gentiliũ testimonijs alliciunt quibus quãq scriptura sacra non egeat. illi tamen egent qui cum sint gentiles absq testimonijs gentilium conuerti recusant. Unde iulia. Apostata volens

subuertere ecclesiam dei interdixit fi lijs galileorum: poetarum atque philosophorum legere disciplinas. Nouerat etiam in ipsis multa cõtineri legis sacre testimonia. Concludimus itaque gentilium dicta in via vere sapientie prodesse.

Ca. xiij. de dignitate et vtilitate sapientie.



Ut sepe dictum est sapientia philosophie amor est: cui vere philosophi inheserunt. Eo quod teste seneca ad lucillum epistola. xciiij. A sapientia inquit nunquam recedit religio iusticia et pietas que nullum putat bonum nisi quod honestum est. que nec fortune nec hominis deleri põt muneribus: cuius hoc precium est non posse precio capi. O igitur quãtus est sapientie amor: cuius studio nil occurrit preferendum: cuius adeptio nulli potest precio comparari. Ideo prouer. vij. dicitur. Quid prodest stulto habere diuitias cum sapientiam emere non possit. Reuera nil sapientia melius: cuius verus amor philosophia est. De qua tulli. li. ij. de officijs c. i. quid enim est per deos optabilius quid prestantius: quid melius: quid homine dignius sapientia qua philosophi nominantur. Non est inquit aliud philosophia preter studium sapientie: cuius nomen adipisci nõ merentur ij quorum stulta vita est. Unde olim nõ decebat aliquẽ philosophum appellari nisi vita viueret honesta. Unde a. gel. li. xvij. abhominabile inquit fuit apud philosophos nobiles quod vita ignobiles siue degeneres appellarentur philosophi: nec immerito quia philosophi nomen sanctũ est: de quo loquẽs tul. in tusculanis questionibus li. ij. ca. iij. philosophia inquit medetur animas inanes sollicitudines detrahit a cupiditatibus liberat pellit timores. Et sene. ad lucil. epistola. xvi. hec inquit quieta est et contemni non põt. quinimo apud pessimos honori est. Et augu. xxij. de ciui. dei. ca. xxij. philosophia inquit vt sapientia est donum dei et auxilium contra miserias huius vite. De qua loquẽs apuleius in li. de deo socratis in fine hac inquit comitante omnia horrẽda vlixes subijt: omnia aduersa superauit: ea quippe adiutrice demeauit ad inferos: sed ascendit sylla nauigauit sed ereptus est: charibdim transiuit: nec detentus est. ad lothophagos accessit nec remansit: sirenes audiuit nec accessit. Nec enim aliud in eodẽ vlixe omerus docet: nisi quod semper ei comitem voluit esse prudentiã quã poetico ritu mineruam nuncupauit. Nunquid ergo sapientia amabilis est: que aduersis succurrere solet. Reuera sic. Ipsius aũt amor vt sepe diximus philosophia est. De qua tulli. in tusculanis questio. li. v. Philosophia inquit est vite dux: virtutum indagatrix: inuentrix legum: magistra morũ et di-

sapiẽtie. Nam ipsa est lex vite: vt inquit sene. ad lucil. epla. xcviij. Ipsius ergo studium cõmendabile est: dummodo licito terminetur fine qr nihil prodest philosophari nisi finis sit adeptio vite beate. Unde refert aug. iij li. sermo. sermone. lxxiiij. de quodã philosopho iohanne: cui cum quereretur quare philosopharet: respondit ꝓpter vitam beatam: et querenti qñ haberet illam, respondit cũ hoc corpus relinquo ĩ terrã. Itaq finis philosophie vite honesta est ꝑ quam vita beata potest adipisci. Ideo sene. epistola. xciij. in fine eple: scribe vt dũ scribis: legas omnia ad mores et sedandam rabiem effectuũ. Et illi ergo philosophi nuncupari nõ merent quorum finis non est correctio moꝝ Unde policratus li. iij. ca. ix. loquẽs de philosophis sic ait. In ipsis inqt fuit imago virtutis et vtinã inueniatur in nobis qui virtutis imaginem teneat. Quis vmbras virtutum induit quibus videmus floruisse gentiles. Quis enim themistodis diligẽtiam frontonis grauitatem cõtinentiam socratis: fabritij fidẽ pudiciciã scipionis lõganimitatẽ vlixis: cathonis puritatem titi pietatẽ imitatur Ii enim laudabiles viri quasi quedã seculorum suorum sidera splenduerunt illustrantes tempora sua. Hec ill: quis ergo sapientiam amicam sibi non constituet ex quo laudem et omnium bonorum genera prestat.

Ca. xiiij. de famosis illustribusq philosophis qui sapientiam amauerunt.



Plurimi philosophi sapientie studio floruerunt. inter quos septẽ precipui dicti sapientes extiterunt: vt tangit augu. xviij. de ciui. dei. ca. xx. quorum muneribꝰ sublimata est ciuitas athenienſium: quorum responsis tãq celestibus oraculis totꝰ orbis certificatus est: et tanq̃ septẽ planetis non erraticis illustratus. Horum tamẽ nomina queso et laudes specificemus. Refert enim a. gel. li. xxi. q solum fuit vnus ex septẽ sapientibus qui primus atheniensibus legem instituit. Et vt refert pompeius lib. ij. Athenienses loco legum libitum habebant: sed fuit solon vir insignis electus vt leges ciuitati propicias ederet quod fecisse non dubitatur. Hic autem studiosissimus extitit proximusq morti sapientie indagini vacabat: vt refert valerius libro. viij. capi. vij. Rursus veritatem dicere non timuit: quem prout refert tullius libro de senectute. Phisistratus tyrannus cũ interrogauit qua spe fretus tam audacter sibi responderet: respondit senectute. Quasi diceret pro dicenda veritate se paratum mori. Rursus anaxagoras sapientiã sic amauit: vt senatum ad eius contem

platicnem fateretur. Qui etiam vi-dens suas possessiones desertas mi nime curauit: vt inquit valerius libro viij.c.viij. mortem contempsit. Unde sicut refert tullius in tuscula. questio. libro primo. Cuidam querenti ante mortem: an in patria sua vellet defer ri, respondit: non est necesse. Undique enim ad inferos tantumdem vite est. Ceterum diogenis philosophi sapientiam legimus: qui ob eius amorem diuitias contempsit: vt refert hieronymus contra iouinianum. omnibusque venditis solum palliolum pro veste reseruauit: et in dolio volubili pro domicilio morabatur: vt tangit iuuenalis. libro primo satyra secunda. vnde gloriabatur quod fuerat ex diuite factus pauper: nilque sibi deerat: quia nil desiderabat: iniurias quoque non timuit. Unde cum quidam adolescens faciem eius conspueret iratus non fuit: vt refert seneca libro tertio. de ira ante finem. Cumque etiam quidam dictus lentulus in faciem eius conspuisset: loco vindicte suam faciem absterxit. Hic etiam mori non timuit: nec sepulture fastum quesiuit. Quinimmo vt refert tullius in tusculanis questionibus libro primo. moriens iussit se projici inhumatum: seu insepultum. Rursus commemoremus socratis laudes qui princeps fuit philosophie: et de celo eam euocauit et in nubibus collocauit, vt inquit tullius: vt supra. Huic autem socrati comes fuit spiritus ipsum in multis erudiens: sicut ait apuleius qui prelibatum spiritum deum socratis credidit et ob hoc libro de deo socrates intitulauit. Hic autem socrates nil de se presumpsit: immo se nihil scire affirmauit: vt ponit commentator super primo libro ethicorum vite quoque sobriissime extitit: vt refert a. gellius. libro. xxi. Patientissimus etiam fuit: vt refert seneca epistola. xvij. Exemplum inquit si desideratis accipite socratem senem per omnia aspera iactatum inuictum: quia scilicet in aduersitatibus patientissimus fuit. omnesque diuitias contempsit: vt inquit tullius. v. de tusculanis questionibus. Unde et princeps philosophorum meruit fieri: idolaque venerari recusauit. Unde tullius vbi supra tacito inquit de philosophis socrate contentus qui in contumelia deorum quercum et canem diligebat. Sed et propterea mortuus est socrates: quia deos destruebat: vt refert boetius primo de consolatione. Et augustinus libro de vera religione. capit. i. ipsum commendat: eo quod per deos iurare contempsit. Unde refert commentator boetij quod socrates vnicum deum professus est in cuius nomine venenum sumptum sibi non nocuit: sed in nomine plurium deorum venenum sumere coactus mortuus est. Sed quis socratem docuit vnum deum profiteri: nisi vera sapientia cuius

amator extitit: suisqꝫ doctrinis complures sui tp̄is homines illustrauit. nec tyrannorum minis territus est. sꝫ potius eodem vultu quo triginta tyrannos solus aliquando in ordinem redegerat: eodē vultu carcerē intrauit. nec enim poterat carcer videri in quo socrates erat: vt refert sene. ad helinam. Et idem sene. li. de ꝓuidentia post principium. Socrates inq̄t illam potionē publice mixtam nō aliud q̄ medicamentū immortalitatis obduxit ⁊ de morte disputauit vsqꝫ ad ip̄am suāqꝫ mortem, p̄somniauit vt refert tul. li. i. de diuinatione. sepulture quoqꝫ culmen spreuit: vt tangit tul. in tusculanis q̄onibus li. i. ante finem. Ceterum platonis ph̄i laudes quasi diuini, nō pretermittamus quē multi referunt nō aliter nisi de partu virginis editū, vt refert anaxalides li. iij. ph̄ie. Cuius narratio licet falsa sit. Platonis tamen laudes ascribit de quo etiam narrat tullius li. i. de diuinationibus q̄ cum in cuius paruulus dormiret: apes in suis labiolis consedebat sueqꝫ future facundie signum fuisse responsum est. Cuius etiā partus matri eius ex quadam diuina reuelatione intimatus est: vt habetur in li. qui dicit̄ de suda. Hic etiam plato egyptum partesqꝫ italie trāscurrit: vt philosophie doctrinam adipisceretur. Unde ad tantā eminentiam philosophie suo ingenio atqꝫ studio peruenit: vt tam antecessoribus q̄ etiam successoribus philosophis īperare visus sit vt refert policra. li. vij. c. v. Unde cicero platonē vocauit deum philosophorum: vt refert aug. contra iulianū li. i. ca. iiij. ante finem. Hic etiā plato libidinē atqꝫ concupiscentiarū sectas fugauit: ⁊ ab vrbe recedens villā achademie ꝓ studio philosophie elegit: ⁊ d̄ morte cogitans nullam complacentiam in mundo constituit. Unde philosophiam meditationē mortis dixit: vt refert macrobius li. saturnaliū. hunc etiam platonē ceteris ph̄is aug. prefert. viij. de ci. dei. ca. viij. Et idē augusti. in li. cōfessionum fatetur se legisse in libris platonis principiū euāgelij iohā. vbi habetur. In principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deum. Hunc etiam platonem innumerabiles hystorie cōmendant eiusqꝫ doctrina legitur laudibus digna. nā meditationibus sapientie ita inhesit: vt cogitando et meditando moreretur ⁊ ip̄m ad deas translatū eē fertur anno vite sue. lxxxi. De cuius obitu refert policra. li. vi. q̄ sol e celo visus est cecidisse eo die quo philosophorum princeps plato rebus excessit humanis. Rursus aristotelis eius discipuli summiqꝫ philosophi laudes transcurramus qui cum iuuenis esset doctrinam eloquentie docebat: vt habetur in commentis omeri: ⁊ cum factus esset. xvij. annorum ph̄ari athenis accessit: ⁊ cum socrate

tribus annis moratus est. Et socrate mortuo platoni. xx. annis adhesit. Post mortē vero platonis vixit. xxiij. annis in quibus partim docuit alexā drum & in parte libros cōposuit: cuius cōsilio fuit alexander doctus q postmodum toti orbi imperauit. De quo aristotele loquens augu. viij. de ciui. dei. ca. ij. Aristoteles inquit platonis discipulus vir excellentis ingenij, sectam peripateticam condidit. Et tul. li. i. de diuinatione. ca. ij. Aristoteles inqt singlari & pene diuino igenio floruit. Fuitqȝ vite moderate & voluptates rspuebat respuēdasqȝ dicebat vt inqt vale. li. vij. c. vij. Huc etiā egregiū phm nuncupat auicēna li. iij. sue metha. ca. v. & principē phorum raby moises ipm appellat. Ceterū alij philosophi fama grandi et noīe floruerunt scȝ xenocrates mundi contemptor diuitiarūqȝ spretor. Nā alexandri munera repulit: vt refert tul. in tuscul. qōnibus li. v. Floruit etiam phedron socraticus qui librum de immortalitate edidit: vt refert a. gel. li. iij. Floruerunt apuleius pseusippus virtutibus ingenio quoqȝ grandi. Theofrastus quoqȝ aristotelis discipulus plurimos scripsisse libros fertur. Pithagoras quoqȝ sapientie studio totam sollicitudinē suam exhibuit, qui cum interrogaretur an sapiens esset: respondit ꝙ non sapiens sed sapientie amator extiterit. Itaqȝ hoc nomen philosophus extunc manauit: vt ponit tul. in tusculanis qōnibus li. v. Nam phus amator sapientie interpretatur. Hic etiā pithagoras musicā adinuenisse fertur: vt ponit macrobius. li. ij. post principium. Rursus charneades fuit vehementissimi studij vt ponit valerius li. viij. ca. vij. Et demosthenes industriosus extitit & eloquentia prefloruit. Isocrates quoqȝ democritus et hypocrates sapientie studio viguerunt. virtutibusqȝ summe adheserūt vt tangit a. gel. li. ij. Rursus xenon cōstantia atqȝ moderantia & taur⁹ patiētia: stoicusqȝ magnanimitate philosophi illustres floruerunt. Rursus laudes innumerabiles de marco tullio: de cblione: de seneca: de plinio describi possent quorum laudibus breuitatis causa pretermissis concludamus philosophos illustres dono sapientie quā dilexerunt extitisse.

Ca. xv. de studijs atqȝ sectis philosophorum.



Philosophorum varie secte diuersaqȝ studia cōmemorantur. Unde inter sectas famosas quedam peripatetica dicta est quam aristoteles condidit. Alia autem secta philosophorum dicta fuit stoicorum cuius princeps fuit zeno & crisippus: vt ait a. gel. & recitat aug. ix. de ciui. dei. ca. iiij. Et se

neca ad elbiam dicit φ a zenone incepit rigida τ virilis stoicorum sapientia: τ apud istos dolor dicebatur indifferens τ non malum. Dicebant enim φ passiones nõ cadunt in sapientem. Et teste tull. li. iij. de officijs. ca. ij. ij dicebant sapientes esse amicos sapientibus τ nihil esse amabilius virtute: vt ponit tull. li. i. de natura deorum. Dicebant etiam omnes insipientes insanire: vt ponit tullius in tuscu. qõnibus. li. iiij. Ceterum alia fuit secta achademicorum qui dicti sunt ab achademia ciuitate quaz plato pro studio elegerat: τ ex qua oriundus erat: qui de singulis dubitabant nilq3 affirmabant certum quorum opinionem videtur confirmasse eraclitus. Verũtamen in hoc defecerunt: q2 nil certum crediderunt: quia saltem apud eos certum erat nil certum esse. put arguit augu. In plurimis tamẽ scientijs τ virtutibus huius secte philosophi claruerunt l3 in predicta opinione defecerunt. Insuper alia fuit epicureorum que dicta fut ab epicuro athemense qui posuit voluptatem esse summum bonum: vt ponit a. gelli. li. xiiij. Ponit etiam duo esse bona. scilic3 corpus sine dolore τ animũ sine pturbatione: vt ponit seneca epistola. lxvij. ad lucillum. Huiusmodi autem secta si felicitatẽ in voluptate carnis posuerat reprobanda est. si autem in voluptate mẽtis supportanda est. Et ita posuisse epicurum seneca arbitrat. libro de constantia sapientis τ li. iiij. de beneficijs. ca. ij. vbi declarat epicureoru3 felicitatem in voluptate mentis credidisse. His igitur narrationibus aperte ostenditur multiplicem fuisse philosophorũ sectam. oĩum tamẽ finis fuit attingere sapiam: τ. licet ad diuinam non puenerint. humano tñ ingenio artibus inuentionibusq3 humanis intenderunt: appropriantes grãmaticam lune: logicam soli: rhetoricam: veneri aritmeticam: marti musicam: ioui geometriam: saturno astronomiam: aliaq3 scrutinia alijs conscripserunt. Horum insuper quedam famosa studia commemorantur que olim a pncipibus studiosis exordium acceperunt. Utinã ab indoctis principibus casum habere nõ incipiant. vnde alexan. nequã. lib. de naturis rerum cõmemoranda antiqua tempora sic ait. O felicia antiquorum tpa in quibus ipi imperatores mundũ substantãtes seipos philosophie dederunt: vt alexander: iulius: tholomeus qui fuerunt viri studiosi. Et subdit cuiuslibet regni gloria creuit in immensum φdiu artiu3 floruerunt studia. victoria enim militie τ gloria philosophie quasi simul cõcurrerunt. Nam ex quo greci romaniq3 studia pdiderunt, extunc semper deciderunt. Unde regnantibus athemensibus minerua: id est sapientia colebat: vt refert aug. xviij. de ci.

dei. Numerem⁹ ergo q̄ philosophorum famosa studia fuerunt ꝛ cum histoziographis tria dicamus fuisse ceteris solēniora studia. quorum p̄mū athenienseꝫ m romanum ꝛ tertium parisiense. De studio aūt atheniensi refertur ꝙ solennissimū extitit. Unde ciuitas athenarum nutrix fuit liberalium artiū atqꝫ philosophoꝝ. Unde hiero. prelibatam ciuitatē cōmendat dicens studio aptissimam fuisse. primoqꝫ leges tradidit. alijsqꝫ ciuitatibus iura transmisit. In qua fuit dionisius christiane religionis doctor eximius. Huius aūt studij scilicet atheniensis introitus solis patentib⁹ pmittebatur. Unde ad portā ciuitatis sedebat senex ad obiurgandum volentes intrare: ꝛ si videbat signa impatientie repellebant. si autē patientie admittebant. Aliud autem studium solēne dictum romanum in quo floruit italicum genus phorum Ibiqꝫ refulserunt iulius cesar: catho virgilius. tullius. Nā de iulio ꝙ floruit patet lib. de vita cesaris. De cathone narrat solinus li. i. Ibiqꝫ docuit rhetoricam aug. vt ipsemet fatetur li. v. confessionū. Ceterum aliud studium ꝛ tertium dictū est parisiense quod florere cepit tempore karoli magni quod quidem studium alcuynus de roma ptulit. Huiusqꝫ studij quattuor fuerunt fundatores. scilicꝫ rabanus: alcuynus: claudius: ꝛ iohānes scotus. Et prout narrat in chronicis metropolita. arelatentium tēpore karoli magni duo monachi scoti cum mercatoribūs ad franciaꝫ accesserunt ꝛ interrogabant si quis sapientiam emere vellet. Ob hoc plurimi stultos ip̄os putabant. Nihilominus tamē hec verba ad regem puenerunt quibus adductis interrogauit an sapientiam haberent quaꝫ vendere vellent qui responderunt ꝙ sic. Quibus rex quid pro ea vultis. Qui responderunt tria: petimus: locum oportunuꝫ: discipulos ingeniosos: ꝛ victum cum vestitu. Quibus concessis studiuꝫ parisiense inceptū ꝛ extunc dilatatuꝫ est. Tunc vero tēpore erat quoddam castrum dictū iseos sic dictum a nomine cuiusdam dee dicte isis que ibi colebatur quod castrum meldunum nunc vocatur: et inde parisius nomen accepit: quia dicitur parisius quasi pariseos. Nam in hoc par erat: quia supra secanam quemadmodum meldunum sita est.

De hac ciuitate parisiensi loquitur boetius. i. de disciplina scholarium. In ciuitate inquit iulij que parisius dicebatur multas artes mendicare prospeximus. vbi ait expositor ꝙ iulius cesar ampliauit parisius: sed nō fundauit.

Ca. xvi. quō magice artes sint inutiles ꝛ reprobande.



Agice artes non sunt nisi seductiones τ ad inuentiões diaboli: τ ideo inter numerꝫ sciẽtiarum nõ debẽt situari sed potius resecari debent tanquã herbe male nullatenus seminare in agro vere sapiẽ. Solent autẽ artes magice noĩari septem. Quedam enĩ dicitur geomantia cuius diuinatio fit in terra. geos enim idẽ est ꝙ terra τ mantia diuinatio nuncupat. Secunda dicit hidromantia ab hidros quod est aqua: qꝛ eius diuinatio in aqua fieri solet. Tertia dicit aeromãtia cuius diuinatio in aere fit. Quarta dicitur pyromantia: qꝛ fit in igne. Nam pyridem est ꝙ ignis. Quinta dicit chiromãtia cuius diuinatio solet fieri in manibus. Nam chyrosidem est ꝙ manus. Sexta dicit armomantia cuius diuinatio solet fieri in scapulis bestiarum. nam armus scapula est. Septima dicitur nigromantia cuius diuinatio solet fieri cũ inuocationibus demonum qui nigri cõparatione dicunt. Harum autem artiũ magicarum tanta est supstitiositas vt nõ solum veritatẽ non ptineant: quinĩmo solis mendatijs replete sunt nec solum male sunt: qꝛ prohibite: immo potius ideo prohibite: qꝛ pessime τ vsquequaqꝫ friuole sunt. Uerum qꝛ talium artium amatores hec dicta voluntaria reputarent: nisi rõne aliquali ostenderent. Inquiramus ergo an aliq̃ in pdictis artibus veritas contineat τ rõnibus respondeamus eorum qui ita opinari vidẽtur. Scrutando igitur dubietatꝫ huius veritatem: catholice profiteri habemus predictas artẽs τ quascũqꝫ similes: friuolas inutiles: falsidicas omnino existere: ipsarumqꝫ studium nulli sapienti cõgruere. Unde leuiti. xix. precipiendo dicitur. Ne declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Unde saul. Abstulit magos et ariolos de terra: et interfecit eos qui phitones habebant in ventre: vt dicitur. i. regũ. xviij. Postmodum tamẽ cõsilium a muliere phitonissa accepit τ nõ sperauit in domino ideo interfecit eum dñs τ transtulit regnum eius: vt dicitur. i. paralipo. x. Rursus τ manasses a dño punitus fuit: eo ꝙ somnia τ auguria obseruauit: magos quoqꝫ τ incantatores habuit: vt patet. ij. paralipo. xxxiij. vnde eccle. xxxiiij. dr ꝙ. diuinatio errozis τ auguria mẽdatia τ somnia malefacientiũ vanitas ẽ. Et zacharie. x. dicit ꝙ diuini viderunt mendatiuꝫ τ somniatores loquuti sunt frustra. Sed restat vt rationibus obijcientium respondeamus. Quis enim dicere posset ꝙ cum demonibus loqui peccatum non esset: quia τ hoc fecisse christum legimus: vt patet mathei quinto vbi habetur ꝙ christus demoneꝫ interrogauit dicens ei. Quod est nomen tuum. Qui respondit legio

multi enim sumus. Si ergo nigromantia cum demonibus loqui doceat hoc phibēdum nō apparet. Huic aūt ambiguitati fas est respondere. Dicendo ꝙ demonē interrogare nigromantia nō est: sed sortem aut spē cōstituere in demonibus superstitiosum est quod xp̄m fecisse: absit vt credamus. ait enim: vade retro sathana Huic autē responsioni alludit beda matthe. viij. Rursus diuinatiōes quedam astruunt veridicas. Nam sauli interroganti de euentu futuri belli a muliere habente spūm phitonicum responsum fuit illud quod postmoduȝ accidit: vt patet. i. regum. xviij. Videtur ergo diuinationes veritatem cōtinere quod absit. Nā demones qñqꝫ vera dixisse non dubitamus: suosqꝫ sectatores sꝫ subtilissimus ille mēdax ideo vera: qñqꝫ profert vt suis mendacijs aggreget fautores. nam mentitus si semꝑ fuisset quis ei crederet nullus. Nimirum ergo si diuinatores quandoqꝫ verum dixisse legam⁹. hoc tamē ex se non habet ars magica aliqua sed diabolica astutia vera quandoqꝫ ꝓpinat vt ad supstitiosam credulitatem hoīes alliciat. vnde augu. li. de do. christiana cōcludit ꝙ omnes tales artes ordinantur ad malum finē: vtputa ad deceptionem ꝛ idolatrie speciem. Sed quid dicemus de ioseph qui augurari solebat cum cipho qui positus fuit in sacco beniamin vt patet geneñ. xliiij. Videtur ergo ꝙ augurari non sit licitum. Hic dicemus ꝙ ioseph tantummodo se diuinatorem fingebat vt suis fratribus terrorem induceret omnes enim suos fratres cognoscebat. ꝛ tamē per augurium ipsosqꝫ se non cognoscere simulabat. Rursus quid dicemus quoniā in auibus auguria quedam fieri credunt. Unde hiere. viij. dicitur ꝙ miluus in celo cognouit tēpus suum. Refert etiaȝ eutropius quomodo romulus a vulturibus suum futurū imperium didicit ꝛ karolus magnus hoc idem auiuȝ vociferatu accepit. His vero nō obstantibus auguria vana sunt. Auiuȝ tamē nature multe sunt ꝛ tꝑoruȝ varietatem quādoqꝫ designant nec diuinatio est tēporis qualitatem ab auibus accipe. Quinimo vera philosophia est: sed superstitiosam vanitatem adhibere vanitas ꝛ superstitio est. Ministerio tñ diuino aut fortassis diabolico iuuamine multa mirāda cum auibus fieri potuerunt. Nulla est tamen in augurijs adhibenda veritas: nisi q̄ptum ex rerum naturis temporis cōmunes passiones accipi possunt. Et hoc est quod credimus. hieremiā de miluo dixisse velle. Rursus quid dicemus qꝛ narrat ioseph⁹ ix. li. antiquitatis iudaice. qualiter in destructione ciuitatis hierusalem q̄dem exorcista iudeorum mediantibus herbis quibusdam ꝛ aliquibus caracteribus quēdam demoniacum

a demone liberauit: et hoc factum fu isse coram tito et vespasiano refert. Potestas etiam hoc faciēdi erat ex orcistarum iudeorum ꝑut affirmabat: et in signum expulsionis demonis ponebant pelvim aqua plenū et demon exiens subuertebat. talis aūt subuersio sui exitum designabat. Albertus etiā de mirabilibus mlta mirabilia refert facta in partib⁹ germanie mediantibus caracteribus impressis in lapidibus preciosis. Ex quibus narrationibus videt̃ sortem merito posse poni in his que per diuinationem fiūt. Nihilominus tñ oportet vt dicamus nulla in istis virtutem existere. negare tñ nō possumus mirabilia quamplurima mediātibus herbis et lapidibus facta fuisse. talium aūt ṽtus nō magica sꝫ naturalis est. De caracteribus aūt dicemus nullā virtutē ipos habuisse: sed oīa que facta sunt aut ex ṽtute officij: aut ex fraude demonis peracta fuisse credere libet. Uirtus aūt officij hec potuit esse qꝛ exorciste etiā veteris legis sub vocationis et dignitatis rōne quedam agere potuerunt: et sicut de nostris acolitis dicimus: sic fortassis sup demones aliqualē et forsitan magnam ptātem habuerunt. Ceterum quid dicemus de arte notoria que artem magicam sentire videt̃. Plures enī ipam asserunt validam: veracem: et efficacem. Huius autem artis libellos duos vidi mihi alieno motu exhibitos: quorum vnus incipit ego sum alpha et o. cuius cōpositor tholome⁹ creditur. Alius vero incipit. aue gratia plena: cuius inuentor iohannes monachus carnotensis refertur. quorum librorum volumina prima facie grata apparebant et diuinationibus quamplurimi fauere videbantur: pluribusqꝫ testimonijs predictorum compositorū quilibet suum intentum astruebat. Quid ergo dicemus: nunquid arti notorie prebebimus fauorem etiam diuinatiōes aspernando. Hoc nequaquam: qꝛ magicis artib⁹ atqꝫ diuinationibus ars notoria valde et nimis vicina est. Sed restat vt satisfaciamus predictis testimonijs. Ipsis autē satisfacere facile est. sibi enim mutuo cōtradicentes seipos interimunt. Nam iohannes monach⁹ carno. artē tholomei repudiat et omnino calūniari nititur. eo quod verba quedam occulta in arte tholomei inserūtur: quibus vt affirmat diaboli inuocantur. Sed mirum vt ipe iohānes hoc dicere nō vereatur. viso quod sue artis fabulosum compendium eundē continere defectum inuenitur. verbis quoqꝫ extraneis et occultis ṽtēs potius decipe quam instruere videt̃: et sciarum infusionē sub tali forma deposcit: vt narrare nō nisi delusio sit. Cuius ergo artis cōpositores sibi ꝯtradicunt et hoc ideo est: qꝛ ex regno diaboli sunt. omne aūt regnum in se diuisum desolabitur. Nunquid etiam

scientia dei donum est: dicente apl'o i.corin.xij. Hec inquit oia operatur vnus atq idem spus scz sanctus diuidens singulis prout vult. Stultu est ergo arbitrari scias acqrere posse: diuinum deserendo cultum. Nam aug.x.de ci.dei allegat porphirium fatentem z dicentem q ab opationibus demonu no consurgit purgatio anime: nec idoneitas intellectus. na soli deo puenit scias infundere. Sic enim legimus salomonis sapiam a dno infusam fuisse: vt dicitur.iij.reg. ij.z.ij.paralipo.i. Similiter etia fuit infusa in aplis. Unde luce.xxi. Ego inquit dabo vobis os z sapiam: cui no poterunt resistere aduersarij vestri. Adhuc restat vt dicamus cur demones non possint scias infundere cum possint corpora transmutare: vt inquit aug.li.i.de trini. Hic dicimus demones multa reuelare posse deo permittente. qtum tamen in eis est semper decipere petunt. Ab ipsis ergo si aliquid bonum pcedat no iporum sed dei donum est. Quis ergo tam amens vt deo spreto: pro scientijs diabolum imploret. Omnia et enim dei sunt. Unde augu.xxi. de ci. alliciunt inquit demones per creaturas quas no ipsi sed deus condidit. Si ergo deus condidit omnia quis alium inuocabit. Fortassis dices q ars notoria diabolum inuocare non precipit: sed potius ieiunijs z orationibus vacare iubet. Hec aut nunqd honesta z bona sunt. Dicemus quoniam ieiunare z orare qtum ex se bona opera sunt: dummodo finem bonum pretendat: sed finis ille non bonus est: quando quis suis operibus sortem adhibet: credens cerimonias huius virtutis existere vt scietias in momento acquirat. non sufficit ergo vt bona opere videant: sed congruit vt bono imitant fini. Unde aug.li.i. de doctrina christiana cerimonias magicas malas asserit qtumcunq bone videant: qr malo innituntur fini. Eandez snia tangit crisosto. super mathe. Adhuc restat vt de sompnijs inquiramus: an scilicet reuelationem aliquaz inuenire videant. Plures enim dicunt omne somniu aliqd designare futurum vl venturum. Et ad hoc roborandum quedam possunt allegari. Nam gedeon qui positus est in numero sanctorum: vt patet hebre.xi.ipe credidit interpretationi somniorum: vt patet iudith.vij. Joseph quoq iterpretatus fuit somnium pharaonis: vt habetur genesi. xl. Et daniel interpretatus fuit somniuz regis babilonie: vt apparet daniel.ij.z.iiij. Auerois etiam super li. de somno z vigilia dicit somnia esse ab angelis. Nunquid igitur somnia queda sunt futuroz signa z fere queda psagia. Ex pdictis sic apparet. sed obstat illud deutro.xviij. no inuenietur in te qui obseruet somnia. Et catho ait. Somnia ne cures. Huius autem ptrouersie enodatio talis est. Dicemus eniz q somnia quandoq

sunt signa futurorum eo quod quando que causant iuxta dispositiones cor poris vel temporis. Unde alber. ma gnus super li. de somno et vi. narrat qualiter quidam somniauit semel quod pix nigra fundebat super pectus su um et in crastinum coleram nigram emi sit. quemobrem idem alber. cum aristo te. concludit quod medicis prodest de somnijs interrogare: quia quandoque sunt signa qualitatis corporis, hoc aut modo somnia interpretare super sticiosum: sed rationabile est. Alio ve ro modo contingit interpretari somnia secundum diuinam reuelationem. iuxta illud numeri. xij. Si quis fuerit inter vos propheta dni: apparebo ei: vel per som nia loquar ad illum. Hoc enim mo do somnia interpretari magnum et laudabile est: sed non omnibus conces sum. Hoc aut modo ioseph et daniel vt pie creditur somnia interpretati fue runt. Si quis aut somnia interpre tetur secundum voluntariam coniecturam: aut superstitiosam adhesionem seu de monis suggestionem: talis interpre tatio friuola et vana est: et a religio ne xpiana recedit. His ergo rationi bus concludamus somnia diuinatio nes: artesque magicas nullius existe re vtilitatis. quemobrem merito pro hibentur in decreto. xxvi. q. ij. et. v. Et deutrono. xviij. dicitur non sit qui phi tones consulat neque diuinos. Ex qui bus omnibus concluditur predictum pro bleuma siue prouerbium.

¶ Sophologij liber primus finit.

¶ Sophologij liber secundus qui est de inuentione scientiarum fe liciter incipit.

¶ Ca. primum de grammatica et eius inuentoribus.



Grammatice ex ordium inuen toresque narra re expedit. Ad cuius euiden tiam aduerten dum quod gram matica dicitur a gramma littera et icos scientia: quasi est scientia de litteris et con sequenter de idiomatibus. Unde ad uertendum quod grammatica docet idio ma congruum et artificiosum commune nationibus multis que diuise quantum ad linguagia propria olim fuerunt. Unde aut processit linguarum diui sio satis patet ex li. gene. Isidorus etiam li. ix. etbi. narrat diuersitatem linguarum exhortam fuisse in edifi catione turris babilonice. Nam qui dam memroth dictus superbia tu mescens: vt populo dominaretur secre taque dei audire posset: turrim altissi mam construxit: sed occasione superbie eius linguas diuisisse creditur deus. prius enim lingua vnica erat. Idio

Linguarum et ydiomatum diuisio vnde processerit Et de numero ydiomatum [illegible]

matum vero multitudo ſm aliquos numerata eſt numero filiorum qui pceſſerunt a filijs noe. Sciendum igitur ꝙ a filijs noe pceſſerunt genees ſeptuaginta tres: vel ſm aliquos ſeptuaginta due ſcilicet ab ipſo ſem xxvij. ab ipſo cham. xxxi. ⁊ ab ipo iaphet. xv. ⁊ totidem lingue diuidi ceperunt. Aduertēdum tamen ꝙ tres ſunt lingue principaliores ceteriſq excellentiores. ſcilicet hebrea: greca: ⁊ latina. Inter quas linguas prima fuit hebrea omniū linguarum mater nuncupata. Utūtur aūt hebrei. xxij. litteris quarū inuentor credit moyſes. Syrorum aūt ⁊ caldeoꝝ littere re credunt ab abrahā inuente fuiſſe. Hebreorum aūt ⁊ caldeorū ⁊ ſyrorum littere in numero ⁊ ſono concordant. ſolis aūt caracteribus ⁊ figur diſcordent. Egyptiorū vero litteras iſis regina ynachi filia de grecia veniens in egyptum reperit ⁊ ab egyptijs tradidit. Uereq egyptij differentes habent litteras quaſdam ſcz p vulgo: ⁊ quaſdam p ſacerdotibus

Secūda lingua principalis dicitur greca. Litterarum aūt pmarū grecaruz vſum primū phenices reperierunt: vt tradit lucanus. Sed cadm⁹ agenoris natus grecas pmus in greciam attulit. ſcz. xvij. ⁊ poſtmodum alie littere addite fuerunt. Nam palamedes ō bello troiano rediēs tres addidit: ⁊ ſymonides poſtmodum tres adiunxit. ⁊ tandem pithagoras ſamius y grecuz prius formauit. vt tradit perſius. Habent autez greci litteras quinq miſticas: quarū vna dicit theata que mortē deſignat. nā habet per mediū ſui telum ſeu lineā que ſignum mortis ē. Unde iudices olim illam litteram apponebant nominibus illorū quos affligi volebāt Secunda littera miſtica dicit y grecum que deſignat vitam humanam eo ꝙ ſemp tendit ad tenuitatem more vite humane. Tertia littera miſtica dicit thau. que figuram habet dominice crucis. de qua dictū eſt in ezechiele ad angelum: tranſi per mediū hieruſalem ⁊ ſigna thau in frōtibus virorum gementiū ⁊ dolentiuz. Rurſum alie due ſunt miſtice. ſ. pma que dicitur alpha: ⁊ vltima que dicitur o Et iſtas duas ſibi vendicat chriſtus iuxta illud apoca. i. Ego ſum alpha ⁊ o. principium ⁊ finis. Omnes aūt littere apud grecos verba cōponunt ⁊ numeros faciunt. nam alpha ſignificat vnum: vitha duo. gāma tria: delta quattuor: ⁊ ſic de alijs. Notandū etiam ꝙ omnes littere grece incipiunt noīa ſua a propria voce quaz habent ⁊ deſinunt in vocalē: vt delta vitha: ⁊ ſic de alijs. Aduertendū etiam ꝙ greci nō habent litterā b quinīmo ⁊ eius loco habent litteraz que dicitur vitha. Uerum qr latini pferunt b ipam vocant betha: ſed greci talem litteraz nunq pferunt: qr ſtrictis labijs nil conſueuerunt proferre ſed laxis labijs ⁊ dentibus omnia pferunt: ⁊ hoc modo littera b nō pōt

Quinque litteras misticas habent greci

proferri. quinimmo sonus littere b nisi stringantur labia mutatur in sonum littere u cōsonantis. Ulterius notandum quod alpha de se apud grecos est prima vocalis: et tantū valet quantum a: sed si iungatur quibusdā vocalibus tunc mutat sonum suū et fit diphthōgus: et similiter dicendum est de epē the littera et de iotha et de omicron que omnes tres mutant sonū suum quādo quibusdā vocalibus adiunguntur. y. vero quinta vocalis apud grecos dicitur pura diphthōgus nec solet scribi nisi adiungatur sibi omicron et hyp solon. Rursus sciendū quod iste quattuor littere thita phi chi psi nō habent apud latinos: sed loco ipsarum plures litteras scribimus. Nam pro thita scribimus th. pro psi scribimus ps. pro phi scribimus ph. et pro chi. ch. Verum grecí etiam carent aliquibus litteris latinis: quia non habent c nec q: sed loco ipsarum scribūt litterā kappa. Notandum insuper quod littera dicta epente hoc nomen apud grecos accepit. eo quintū locum tenet in alphabeto ipsorum: et eundē locum in alphabeto nostro accepit. nam pente grece idē est quod quinque latine. Ulterius est notandum quod greci habent duo i quorum vnum dicitur itha et aliud iotha: et habent sonum satis cōformem. In hoc tamen differunt: quia ita est diphthongus: et iotha est pura vocalis et breuis. Habent etiā greci duplex o quorum vnū dicitur omicron et aliud omega: et habent eundē sonum. Differūt tamen in hoc quod omicron est pura vocalis et omega est diphthongus. vnde omicron id est paruū o et omega id est magnum O. Rursus principaliter aduertemus quod tertia lingua principalis dicitur latina quam plures dicūt esse quadruplicem. Quedam enim est prisca: quedam romana: quedam mixta: et quedam perfecta. Omnes tamen sunt vna lingua sed a modo pronunciandi talis differentia orta est. Nam diuerse nationes diuersimode pronunciant. esto etiam quod eandem linguam habeant. Sic enim dicimus quod gentes orientales cōmuniter verba formant in gutture sicut hebrei et syri. occidentales aūt formant in dentibus vt italici et hyspani. Gentes aūt mediterranee verba formant in palato vt greci et asiani. Ex tali ergo varietate pronunciādi differentia predicta oriri potuit. Sed inquiramus quis litteras latinas inuenit. Refert isidorus qui quo ad ista narratur maximus quod nympha carmentis litteras latinas primo tradidit italicis que carmentis alio nomine vocatur nicostrates. Verum. xvij. litteras solum exhibuit. postmodū vero alie littere addite sunt. Unde prime littere. xvij. fuerunt iste. a b c d e f g i l m n o p r s t u. postmodum aūt h littera pro nota aspirationis addita est. vnde proprie nō est littera sed aspirationis nota vocatur. Litteram etiam q latini in processu temporis inuenerunt loco cuius veteres scribebant c. Hanc autē

Omnes litteras latinas
inuenit

Gramatice inuctores

litteram scilicet q non habent hebrei nec greci sed soli latini. Rursus salustius ludi magister primus litteram h adinuenit. loco cuius veteres scribebant c et q et superuacua a quibusdam nominatur. Insuper ex tempore augusti.x.littera adiuncta est. Et postremo tempore eiusdem augu.latini a grecis duas litteras mutuauerunt scz y grecum et z propter nomina greca melius scribenda, prius autem loco z scribebant duas ss et loco ipsius y greci scribebat i latinu. Omnibusque computatis ex.xxiij. litteris alphabetum latinorum constare dinoscitur. Rursus gramatice inuectores enarremus. Nuper enim legi in quadam chronica et martiniana: latinum fuisse inuentu a quodam rege romanorum qui nominabatur latinus et exinde latinu tale nomen accepit. Nostre vero grammatice plures fuerut precipui scriptores: sicut donatus priscianus et alij quamplurimi. Inter quos pot numeraui ennius qui metra composuit primus: cui successerunt anatheton sapho archilocus simonides calophonicus asclepius virgili⁹ ouidius oratius omerus phetides: vt tradit terentius. Ceteru refert isido. quod hoies primitus scripserunt super folijs maluarum et hoc narrat catullius. Postmodu aut greci cum stilo ferreo in cera scribere ceperunt et exinde romani cu stilo osseo scripserunt Unde in satyra quadam romana dz vertamus vomere in cera mucrone quod aremus osseo. postea vero ciues ciuitatis nephitis chartas paupireas inuenerut. Unde lucanus conficitur bibulo nemphitis charta paupiro. et p tepoum successum reges pergamenorum vsum pergameni pmo docuerunt. Unde pergamenu ita vocatum est. Et postremo romani membranis politissimis primo vsi fuerut Ceterum apd romanos emilius primus libros composuit: et marc⁹ varro grandem bibliothecam primitus pdidit. Sed pollio bibliothecas rome prius publicauit: et deinde caltherus et omerus greci scribere ceperut quibus marcus et terentius et varro latini successerunt.

pergamenum

Capitulum secundum de logica et eius inuentoribus.



Este isido.ij.ethimo. Logica est ronalis scientia in qua disputatur queadmodnm in reru causis: aut vite moribus veritas ipsa queratur. Et dicitur logica a logos quod est sermo eo quod circa sermonem ratiocinanciu versatur. Alio nomie etiam dialetica nominatur eo quod disputatio ex duorum sermone conficitur. Hanc autem scientiam primus inuenit Plato: qui floruit cathegorijs. Postmodum eius discipulus porphirius floruit Ysagogis: et Boetius sophismatibus argutisque enigmatibus

Quis primo logicam inuenit

Aristoteles quoq; libros quāpluri-mos scripsit de hac scientia videlicet librum peryarmenias in quo agit d terminis. librum predicamentorum in quo agit de ordine terminorū ad sua genera. librum prior in quo agit de silogismis. librū elencor in q agit de fallatijs. librū posteriorū in quo agit de demonstratiōibus. Augusti nus etiam logicā scripsit quam incō pletam vidi. Ulterius aduertendum q dialectica dicit ars artium scien-tia scientiarū sine qua nulla scientia pfecte scitur. vnde isidorus. li. ij. dia-lectica est disciplina ad differendas rerū causas inuenta. Et diuidit fm richardum in li. exscriptionū in gram maticā r rōnem differendi sed hec di uisio cōmunis nō est. Alio ergo mō potest dici q logica tres habet par-tes: q; sc; considerat de terminis de ppositionibus r de argumentis. vnū argumētatio est subiectum logice eo q omnia que in logica cōsiderantur ad argumentationem reducunt. Ar gumentationis duo sunt genera: q; quedam est formalis sicut syllogisti ca que tenet in oībus terminis consi mili forma retenta. Forma aūt tunc tenetur quādo qualitas r quātitas propositionum seruant. Alia est ar-gumentatio materialis que tenet so lūmodo gratia terminor. Huiusmo di sunt consequentie in locis. Rursus in dialectica quedam sophistica dicū tur insolubilia: non quia solui nō pos sunt: sed q; de difficili soluūtur ratio ne implicationis eo q falsificant se ipsa. Ulterius in logica est quedam ars que dicitur obligationū per quā docetur homo pertinenter responde re r propter cōcessionē possibilis ab impossibili cauere. Hec autē omnia r similia speciali tractatu indigent. Pronunc autem scire sufficit q dia lectica docet verum a falso discerne-re licite arguere: fallacias euitare: et huiusmodi.

Ca. tertium de rhetorica r eius inuentoribus.



Este isidoro rhetori-ca est benedicēdi sciē-tia. r sic nominatur a copia locutionis. Nā rhesis apud grecos lo cutio dicitur. Differt aūt rhetorica a dialectica in duobus put tāgit boe tius in top. Primo q; dialectica cō siderat orationes in se sine circūstan tijs nō curando de rebus. Rhetori-ca vero considerat cur quis quando vbi r huiusmodi. Secundo differūt q; dialectica vtitur propositionibus breuibus r discontinuis. rhetorica vero continuo sermone perorat. Hu ius aūt scientie inuentores apud gre cos fuerunt gorgias hermagora: et apud latinos floruit tullius. Finis aūt rhetorice est pulchre loqui verū suadere r huiusmodi. quibus orator in suo sermone placidus reddit. Cō-tinet autem rhetorica colores vari-

Argumentatio est subiectum logice. Argumentatio duo sunt genera

os. Nam quidam dicuntur colores verborũ: quorum ornatus consurgit ex v̾bis ꝛ vocabulis cuiusmodi sunt repetitio gradatio. Nã repetitio cõsurgit ex repetione alicuius dictiõis in pluribus orationibus cõueniẽter se habentibus: sicut diceremus superbia fecit cadere potentes: superbia renuit amicum ꝛ parem contemnit superbia semper petit preesse patiq; recusat. Alij aũt sũt colores dicti sententiarum: quorum ornatus non ex terminis sed ex rebus ꝛ sententijs accipitur cuiusmodi sunt colores q̇ dicuntur similitudo cõtrarium. Sicut enim de superbo diceremus: hic more lapidis duris intumescit humilez terram ex qua processit nõ imitatur. De hijs autẽ omnibus latius multo alibi scripsi. Rursus aduertendu3 ꝙ a rhetorica dicti sunt rhetores: alio nomine dicti oratores: quorum institutio facta fuit pro defensione iuris reipublice. Unde quintilianus in libro de oratoria institutione dicit ꝙ orator debet esse vir celebris: ꝛ in re pu. debet tenere statum mediũ nullũ q3 formidare iuri assistere decreta tenere. Unde isidorus li. ethimologi. Orator inquit est vir bonus dicẽdi peritus vitaq; moribus ꝛ artibus ĩbutus: cui scilicet oratori memoria maxime congruit quia teste tullio li. ꝺ oratore. Memoria est thesaurus oĩum rerũ qui nisi rebus inuẽtis custodiat: oĩa in mẽte oratoris pereũt,

Ca. iiij. de noĩe poetrie de actoribus eius ꝛ fine ꝓpter quẽ inuẽta est



Alphorabius in libro de diuisione sciarum dicit poetriam eẽ vltimam partẽ logice. vñ dicit ꝙ poetria est sciẽtia ordinandi metra ẜm ꝓportionem dictionũ ꝛ pedum. Nihilominꝰ tñ poetria ꝓprie nõ habet ꝓ obiecto metrificare s3 potius fingere siue sit in prosa siue in metro. Unde poetria dicitur a poyo quod est fingere. Huius autẽ sciẽtie multi fuerunt actores famosi: sicut homerꝰ apud grecos Uirgilius apud latinos. Narrat tñ lactan. li. ij. ca. xiiij. ꝙ poetria inuenta fuit a sapientibus romanoru3. eo ꝙ veritate3 clare dicere nõ audebãt ob hoc fictis sermonibus loqui didicerunt. Unde ouidius ob hanc cãm librum de tristibus compegit in quo poetico sermone ea descripsit q̃ plano eloquio dicere nõ audebat: vt patet librum eius intuenti. Rursus sciẽdum ꝙ poetria non est inuenta propter mentiri: aut propter turpia de dijs fingere. Quinimmo bocatius nouellus poeta libro ꝺ genealo. deorum illos poetas redarguit: qui suorum deorum canunt illecebras. Finis ergo poetarum nõ est mentiri vꝪ irritare: sed ex similitudinibus rerum vnam pro alia intelligere: ꝛ ita veritati semper intẽta ficto sermone suũ

conceptum exprimere. Quis enim crederet argum habuisse oculos centum: aut hyo in vaccam conuersam fuisse: aut lycaonez in lupum. Hec.n. omnes fictiones fuerunt: non tamen mēdacia. Quinimmo aliquas histo rias veras ad mentem actoris referunt: et nos alias hystorias per illas intelligimus: quia vt plurimum mētem poetarum ignoramus. Verbi gratia si rome virgo aliqua violata fuerit ab imperatore: cuius virginis custos fuissz vir aliquis oculatissim⁹ et sapiētissim⁹. nunquid virgilius rōnabilit fingere potuit hyo a ioue violatam fuisse: et ideo in vaccā conuersam ratione peccati carnis quod brutale est. His enim similitudinibus fictiones rationabiliter inuente fuerunt: et ex bona scientia procedunt in genioqꝫ sano. Sunt autē poetaruz septem genera: ſm septem modos ſm quos contingit facere poeses. Unde poesis septem sunt species scilicet comedia: tragedia: inuectiua: satyra: fabula: historia: argumentum. Est aūt comedia poesis habens pn cipium triste finemqꝫ letum. Tragedia vero a leto principio incboat: et tristem finem habet. Inuectiua autē est carmen reprehensorium mala intentione compositū. Satyra est carmen reprehensorium bona intentione compositum. Fabula est narratio que: nec vera est nec verisimilis ad litteram. Verūtamen aliquaz veritatem semper intendit: alr̄s non mereretur dici poesis. Hystoria antem est rei geste narratio. Argumentum vero est rei vilis voluntaria similitudo. Sciendum insuper ꝙ poete quidam dicti sunt lyrici: eo ꝙ eoruz carmina cum lyra canebantur. Alij vero dicti sunt tragedi eo ꝙ quādo canebant sua carmina habebant hircuz pro premio qui apud grecos vocabatur tragos. Alij autē appellati sunt comedi a commessatione: eo ꝙ homines solebant post cibum: vtputa post prandiuz ire ad audiendū carmina eorum. Alij autē dicti sunt satyrici vel satyri a saturitate: eo ꝙ de pluribus rebus canebant et audientium animos saturabant. Notandum insuper ꝙ quidam sunt poeses in quibus solus poeta loquitur sicut virgilius in georgicis et dicitur caracteres. Alie sunt autem in quibus nunꝙ poeta loquitur: vt in buccolicis: et dicuntur carmina dragmatica Et huiusmodi sunt cōmuniter tragedie et comedie. Alie autem poeses sunt mixte: quia scilicet poeta aliquādo loquitur et aliquando non: et huiusmodi est liber eneidos. Ceterum aduertendum ꝙ poesis multa sortitur nomina. Naz quandoqꝫ dicitur prosa: quando scilicet non habet legem pedum seu certos pedes. Aliquando autem dicitur metrificatura quando certis pedibus mensuratur. quandoqꝫ etiam carmen ritbmi-

cum vocatur:quia sine simili termi- natur:et si carmen contineat paucos versus:a quibusdam vocatur ydali- on. Si autem contineat duos versus vocatur dysticbon. Si autem vnuz contineant versum vocatur monosti cbon. et si carmina multos contineat versus et de multis rebus tunc vocā tur centones. Si autē carmē loqua tur de pastoribus vocatur bucolicū et dicitur a bobus:si loquatur de ge- stis bominum fortium tunc dicit̄ be roicum. Nam bereos grece dicunt̄ viri aerei et celi digni propter sapien tiam et fortitudinem. Si autē carmē cōtineat miserias:tūc dicitur elegia- cum. Et si contineat lamentum vo- catur trenos. Si conueniat sepulcbro vocatur epitbapbiuz. Si carmen sit aliquis titulus vel supscriptio vocat̄ epigramma. Insuper fabule sunt du plices. quedam enim dicuntur beso- pice vel ytopice que fingunt anima- lia bruta mutuo loqui. Alie sunt libi- stice que fingunt bomines cum bru- tis loqui et econuerso. Hic tamen di cendum videtur quo iure poetria de beat admitti. Plures enim eam in- uadunt. eo q vel ipam nesciunt:vel quia turpia quedam in poetis lege- runt que turpia poetrie nō pertinent nisi fine bono terminent̄.

Capitulum quintum quomo- do poetria nō est contēnenda et qua- liter poete claruerunt.



Poete plures olim fa- mosi fuerunt. Inter quos claruisse virgili- us fertur:qui poeta- rum fuit preclarissim⁹ et optimus:vt inquit augustinus. v. de ciuitate dei. ca. iij. qui virgilius di ctus est a vga:eo q mater eius som niauit se peperisse virgam quandaz que vsqꝫ ad celum pertingeret:quod nibil aliud fuit nisi q virgilium partu tura erat qui loquendo de altis celū tangeret:vt ait bugo. Hic autez vir gilius in pbilosopbia et nigroman- tia peritissimus fuit:mirabiliaqꝫ ipꝫ fecisse refert alexander nequam li- bro de naturis rerum. Refert enim q cū ciuitas neapolitana peste san- guissugarum vexaretur liberata est ab eo proiiciendo sanguissugam seu byrundinem auream in fundo putei euolutisqꝫ multis annis postmoduz predicta birundo de puteo extracta est:et mox tota ciuitas repleta est by rundinibus infinitis:seu sanguissu- gis:nec sedata est pestis antequam sanguissuga aurea in puteum mitte retur. Rursus de ipso refert idem q pontem aureum construxit et rome palatium solenne edificauit nomen collíseum in quo cuiuslibet regionis imago ligneam campanam manu teneoat. et quotiens aliqua regio ro- manis rebellabat. Mox campanā ymago regionis illius pulsabat:et miles Eneus in summitate predicti

palatij stabat et hastam vibrabat in illam partem que regionem illam respiciebat. Hoc etiam idem narrat hugo. Unde licet arti nigromātie laus non debeatur, operibus tamē virgilij admiratio debetur: eiusq subtilitas huiusmodi narrationibus declaratur. Rursus alij fuerūt famosi poete: vt ouidius et qui precessit omerus quorum dicta quasi vaticinia vocati sunt. Floruit etiam hesopus cuius fabulas commendat a. gellius li. ij. Sed mirum est si fabule sint mēdose an ipis vti liceat. Quibusdam enī apparet nō licere: quoniam ars poetica inter scenicas seu meretriculas numeratur: vt ponit commentator boetij primo de cōsolatione, ca. pmo Unde plato iussit poetas a ciuitate expelli, eo q dicebat eos virtutibus inimicos: et in hoc commēdat eū tullius in tusculanis questio. li. ij. Quibusdam igitur videt poetriam detestandā fore quorum imaginationi non credo: qr poetria vtilis ē: si debito innititur fini si licito exerceatur vsu. vn̄ augu. li. i. cōfessionū loquēs de poetis sic ait. Didici in eis multa verba vtilia. vnde et sacra scriptura fictionibus vti quandoq inuenitur. Nam in li. iudith fertur q ligna sibi regem fecerunt: sed quomodo regem fecerunt si loqui nesciāt. Reuera sic fictio fuit q significatio intenta verissima fuit: Itaq nō fuit fictū qd intendit. Sed fictum est q ex predictis verbis prima facie concipitur. De vera autem poetria conformiter fatebimur: cuius finis non est mentiri: sed verbis fictis veritatem describere. Uerum fictionum quedam sunt vane et inutiles: alie autē vtiles. Unde macrobius li. i. super somnio scipionis. Quedam inquit sunt fabule voluptatis gratia: et alie sunt exhortationis causa. primas eliminauit sapientia: et in alijs quandoq loquit. Unde sicut dicitur in li. de ortu scientiarum sancti doctores in libris suis quandoq fabulas introduxerunt: sicut ambro. qui in li. iij. de officijs recitat fabulam de illo qui inuenit anulum in equo eneo sub terra. quem cū haberet in manu a nullo videri posset. de qua fabula dicit ambrosius: q et si vim veritatis non habeat. tamen rationem habet: vt iuxta eā possit veritas manifestari. Eandem etiam fabulam narrat tullius. iij. de officijs. Tales igit fabule quibus veritas pretēditur reprobande nō sunt Unde idem ambrosius super lucam ix. Interserit fabulam de illo rege q cum aliquid tangeret aurum fiebat et sic fercula mortalia sibi fiebant aurum et cibus in ore non alimenta sed vulnera dabat, potum quoq deglutire nequibat. Talia inquit ambrosius. Sunt beneficia idolorum: vt cū videantur prodesse plus noceant. Ecce videmus fabulam documentum pretendisse, Rursus augu. li. ij.

sermonum sermo.xxvij.introducit fabulam illius de quo fertur quod vires sue augebantur quotiens terram tangebat. Cumque ergo pugnaret eo pacto quo aduersarius eum prostrabat ille viribus preualebat quam fictionem christo conuenisse augusti. tradidit: qui cecidit per mortem: vt gloriosus resurgeret. Ceterum hieronymus epistola.xix.introducit fabulam belopianam de cane tenente os in ore. qui cum vidisset maiorem vmbram ossis in fonte: os quod tenebat dimisit propter vmbram. Ex his ergo apparet quod fabularum quoddam est genus vtile: et in sacris eloquijs quandoque honestum. Sed quid dicemus ad ea que in contrarium obijciebantur. Dicebat enim a. gellius quod poetria meretricula est. ratione cuius plato poetas expulit a roma: referente tullio. Dicemus enim quoniam poetria ideo meretricula dicitur: quia ex principalibus scientijs non est vna: sed inter minus principales numeratur. Alias enim sapientie non astitisset cui tamen assistebat vt etiam inquit preallegatus expositor boetij Rursus ad platonem dicemus quod illos reprobauit poetas quibus mentiri vsus est: et quorum fictionem turpia sonant. Alios autem poetas repudiare non intendit: quorum scilicet fictiones veritatem pretendunt. Alias enim doctores sancti ipsos exponendo christo non applicassent. Insuper et philosophos fabulas vti nouimus. Unde apuleius li. de deo socratis fabulam introduxit de coruo tenente carnem in ore cui cum dixisset vulpecula quod cignus melius cantabat illo. volens coruus probare contrarium aperuit os: et sic amisit carnem ex ore: et volens cantare potius crocitauit quam cantauit: suumque defectum publicauit. Hec enim fabula pretendit hanc veritatem: quia scilicet multi se magnificare volentes vltra modum ruinam patiuntur. Insuper titus li.ij.introducit fabulam de conspiratione membrorum contra stomacum. ex hoc quod omnia consumebat in quibus laborabant membra. Et cum fuisset adiudicatum quod stomaco nihil daretur membra omnia languerunt. Unde oportuit stomaco iterum dare necessaria vt membris distribueret. Hec siquidem fabula hanc pretendit veritatem: quia scilicet multi aliorum bonis derogant: a quibus tamen sustentantur: et cum procurauerint illorum destructionem: ipsi procurantes indigentiores fiunt. illiusque vel illorum procurant restitutionem: cui vel quibus subtrahendum suaserunt. Hanc etiam eandem fabulam introduxit policra. li. vi. ca. ij. Ex quibus omnibus clare patet poemata non esse repudianda eomodo quo aliqui poetriam ignorantes repudiant: quia teste eodem policra. libro. vij. capi. ix. Sicut omnia animantia fuerunt con

cessa homini: excepto ꝙ non debuit comedere carnem cum sanguine: vt patet gene.ix. Sic omnes scripture tam poetarum ꝙ̄ gentilium legi possunt ad vtilitatē, exclusis tamen erroribus qui per sanguinem intelligū tur.

Capitulum sextū de arithmetica ꝭm isidorum.



Aritbmetica est disciplina numerorū. greci enim numerum ritbmon vocant. Quam scriptores secularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primaꝫ esse voluerunt quoniaꝫ ipsa vt sic nulla alia indiget disciplina. Musica autem ꝛ geometria et astronomia que sequitur: vt sint atqꝫ subsistant: istius egeret auxilio. De auctoribus aritmetbice. Numeri disciplinam apud grecos primum pitbagoram nūcupant scripsisse: ac deinde a nicbomaco diffusius esse dispositam. Quam apud latinos primus apuleius, deinde boetius transtulerunt. Quid sit numerus. Numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. Nam vnum semen numeri non numerum esse dicimus. Unde numero numus nomen dedit: ꝛ a sui frequētatiōe vocabulū indidit. Unus a greco nomen trabit greci enim vnū enna dicūt sicut duo ꝛ tres: quos illi dia ꝛ tria appellant. Quattuor vero a figura quadrata nomē sumpserunt. Quinqꝫ vero nō ꝭm naturam ſꝫ ꝭm placitum volūtatis vocabulum acceperūt ab eo qui numerus noīa indidit. Sex aūt ꝛ septem a greco veniunt. In multis .n. nominibus que in greco aspirationē habent nos ꝓ aspirationes ponim⁹ Inde est ꝙ pro hec sex ꝛ propbeta septem: sicut pro berpillo berba serpillum. Octo vero per translationē sicut illi ꝛ nos ita. Illi nea nos nouē Illi deca nos decem. Dicti aūt a decem greca etbimologia: eo ꝙ ligant ꝛ coiungunt infra iacētes numeros Nam decinas coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti sunt decem bis geniti v pro b littera posita. Triginta ꝙ trinario denario gignanꞇ. sic vsqꝫ ad nonaginta. Centum vero vocati a centu quod est circulus. ducenti a duo ꝛ centum: sic et reliqua vsqꝫ ad mille. Mille vero a mł̄titudine: inde ꝛ militia. Quid prestant numeri. Ratio numerorum nō contēnenda est. In multis enim sciēciarum scripturarū locis ꝗ̄tum misterium habet elucet. Non enim frustra in laudibus dei dicitur omnia in numero mensura ꝛ pondere fecisti. Senarius namqꝫ numer⁹ qui partibus suis perfectus est perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat. Similiter ꝛ .xl. dies quibus moyses ꝛ helias ꝛ ipse dn̄s ieiu-

nauerunt sine numerorum cognitione nō intelligunt. sic et alij in scripturis sacris numeri existunt: quorū figuras non nisi noti huius artis scire soluere possunt. Datum est nobis ēt ex aliqua parte sub numerorū cōsistere disciplina quando horas per eam discimus: quando mēsium curricula quando spaciū anni redeūtis cognoscimus. Per numerū siquidē ne cōfundamur instruimur: tolle numerū rebus omnibus et omnia pereūt adime seculo cōputum et cuncta ignorātiā complectit: nec differre possunt a ceteris animalibus qui calculi nesciunt rationem.

Ca. vij. de geometrie inuentoribus et de vocabulo eius.



Geometria disciplina primum ab egyptijs reperta fuisse dicitur: q̄ vndante nilo et omnibus possessionibus eius limo obductis: initiū terre diuidende p lineas et mensuras nomē arti dedit: q̄ deinde latius acumine sapientum cū ꝑfecta est et maris et celi et aeris spacia metiunt. Nam ꝓuocati studio sic ceperunt post terre dimensionē et celi spacia querere q̄nto interuallo luna a terris a luna sol ipse distaret: et vsq̄ ad verticē celi q̄nta. s. mēsura discederent: sicq̄ interualla ipa celi. orbisq̄ ambitū p numerum stadiorū rōne ꝓbabili distinxerunt Sed q̄ ex terre dimēsione hec disciplina initiū sumpsit ex initio sui et nomen seruauit. Nā geometria de terra et de mēsura nūcupata est. geometria. n. grece terra vocat latine et metros mensura. Huius discipline ars cōtinet in se lineamēta interualla magnitudines figuras dimensiones et numeros. De diuisione geometrie. Geometria quadriptita est diuisio i planū in magnitudinē rōnalem in figuras solidas et magnitudinē nūerabilem. plane figure sunt q̄ et lōgitudine et latitudine ꝯtinent q̄ sunt iuxta plato. numero q̄nq̄. Numerabilis magnitudo est q̄ numer' aritbmetice diuidi pōt. Magnitudines rōnales sunt quaꝝ mensurā scire possum' Irrationales vo quaꝝ mensure q̄ntitas cognita nō habet. De differentia geometrie aritbmetice et musice Inter eas h̄ interest vt media inueni as. In aritbmetica pmo si quer̄ mediū aliquoꝝ numeroꝝ ꝯiungis extrema et diuidis et facis mediū: vtputa fac extrema esse sex et. xij. simul iung̃ et faciunt. xviij. partiris media et facis. ix. quod est analogicū aritbmetice vt mediū. Nam quot monadibus supat primū tot supatur ab extremo supat enī sex tribus monadib': et bis supatur a. xij. s̄m geometriā vo ita q̄ris extrema mltiplicata tm̄ faciūt q̄ntum media multiplicata vtputa. vi. et. xij. sint extrema illa multiplicata

faciunt.lxxij. Media autē que sunt octo et nouem multiplicata etiam tā tundem faciunt. Sm musicā ita que ris in qua primi parte superatur mediū a primo ex eadē extremi pte superantur mediū ab extremo: vtputa octo duabus partibus superant sex: que due partes sunt tertia senarij pars. ideo media pars scilicet octo in quattuor partibus ab vltimo superatur que ē xij. cuius quidē numeri tertia pars est quattuor. Quot numeri infiniti existunt. Numerū aūt esse infinitum certissimū est; quoniam in quocunque numero finem faciendū putaueris idem ipse vno addito nō dico augeri immo quātumlibet sit magnus et quā tumcūque ingentem multitudinē contineat in ipsa rōne atque sciētia numerorum nō solum duplicari: verūetiā multiplicari potest. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur: vt nullus eorum par esse cuicunque alteri possit: ergo et dispares inter se atque diuersi sunt; et singuli quique finiti sunt; et omnes infiniti sunt.

Capitulum octauum de musica et eius vtilitatibus.



Rtis musice multe sūt vtilitates. Ad cuius declarationem aiadvertendum quod teste aristo. viij. poli. iuuenes debent erudiri in musica. Nempe iuuenes plus ceteris bonum statibus in continua mutabilitate deuoluuntur: et lasciuijs infestant. Ipsis igitur vtile est si opibus de bonorum genere cōplacenter adhereant. Alias enī iuuenis lasciue deseruiet. Itaque cū senuerit impietatis amator erit quī vt dicit lib. ethi. in hijs delectari est nobis vtilem in quibus ab infantia delectari incipimus. Si ergo iuuenis in musicalibus eam reperiet cōplacentiam quā in vanitatibus querere solet sibi tunc facile apparebit quod praua sunt relinquere et potiori complacentie animū exhibere. Ex quibus colligitur prima musice vtilitas que ē iuuenes a malis cōplacentijs reuocare. Alia vtilitas est; quia letificat tristes et letos magis ac magis letificat; vt ponit aristo. in suis probleumatibus parte. ix. probleumate primo; Et idem aristote. viij. poli. anima inquit naturaliter delactatur in musica: et facit animas sic intentas: vt nihil aliud cogitent; sicut dicit casiodorus. Rursus cōstantinus in suo viatico refert orpheum dixisse quod per suā musicam muta bat principum corda de tristicia ad leticiam. Ceterū musica excitat dormientes et dormitare facit vigilantes. sanat etiam a melancolia. Unde aristote. in policrati. dicit quod musica est amica omni etati: et signanter iuuenili. Unde musicam amant animalia bruta: sicut boues cerui aues et pisces.

Nam aues incessanter cantant si audiant canentes et pisces ad melodiā congregantur. Unde refert a. gellius. li. xviij. Noctium acticarum quod citharistarion in mari proiectus a delphinis saluatus est eo quod cithara dulcem sonū peregerat priusquam submergeretur. et idem refert plinius. Fingit etiam ouidius quod orpheus cithare carmine arbores cōgregauit. Huius aūt artis melodiam non perpendens rex mida: aut saltem male de musica iudicās aures suas in aures asininas mutatas habuit. vnde persius. Auriculas asini rex mida habet. Dixerat enim quod deus pan dulcius harmonisabat cum cannis segetalibus quam apollo cum cithara. Et licet hec fictio sit. tamen designat sano intellectui harmoniā placere debere.

Ca. nonum de inuentoribus artis musice.



Usice restat inuentores designare. Ad cuius euidentiam cōmemoremus ea que legimus. Referunt enim greci pitagorā phm musice artem ex sonis malleorum primum excogitasse. Audiens enim ex malleis sonorum disparitatē aut melodiam causari cōcludit merito harmoniam humana voce pamplius fieri posse Huic etiā narrationi alludūt boetius et macrobius. Alij autem tubal musice inuētorem extitisse volunt: de quo tradūt hystorie quod cum artē musice adinuenisset in colūna duplici eam scripsit. quarum vna marmorea et altera lateritia. Audierat enim adā prophetasse duo futura mundi diluuia. vnū scz aqueum et aliud igneū. Ut igitur ars per eū inuenta nō deleret. ipsam in marmore scripsit ne p aquam periret: et in lateribus ne per ignem accēderetur. Unde iosephus has duas columnas narrat in terra syrie hucusque permansisse. Huic aūt narratio ci alludit moyses geneñ. v. Patrem enim musicorū ipm appellat. Ceterum aliqui dicunt moysen musice inuentorem fuisse: aquarūque sonitu harmonias penitus perpendisse. Rursus quidam veteres philosophi harmonias dicunt a celorum motibus originem accepisse: affirmantes quod ex celorum motibus maxima cōsurgit melodia ratione cōfricationis corporū celestium: in quibus credit maxima amicicia: seu cōcordia: vt docuit empedocles. Insuper affirmauerūt quod ab orbibus celestibus maxima causatur melodia: sed nō perpendimus eo quod vt dicunt ab exordio natiuitatis sub orbibus nutriti sumus: et ita assiduitate audire non credimus. Ad robur autē sue imaginationis inducunt exemplum de ijs qui a iuuentute nutriti inter fabros malleorum ictus aut non audiunt: aut saltem se audire nō attendunt. Huic opinioni proximus

videtur fuisse plato: qui super quem-libet orbem celestem unam syrenem stare putavit. Horum aūt opinionē reprobat aristo. li. de proprietatibus elementorum ꝛ secūdo celi. Harum aūt narrationū controversia nec rōne nec experiētia dissolui potest. Nō enim ratione qꝛ in facto historiaruꝫ narrationibus credere oportet: nec experientia: qꝛ predicte narrationes nostra tpa precesserūt. Arbitrādum est tamē ꝙ multi fuerunt inuētores iuxta varietatem tēporuꝫ ꝛ regionē Si aūt q̇ramus quis īter omnes inuentores p̄mus extiterit: puto ꝙ ip̄e tabul primus fuit: qꝛ ceteros tempore precessit. sacra etiā scriptura ip̄m inuentorem commemorat: alios autem nequaquam.

Ca. decimum de astronomia: et eius inuentoribus.



Stronomia est astrorum lex que cursus syderum ꝛ figuras ꝛ habitudines stellarū circa se ꝛ circa terram indagabili rōne percurrit. Astronomiam p̄mi egyptij inuenerūt. Astrologiam vero ꝛ natiuitatis obseruantiā caldei primi docuerūt. Abrahaā aūt instituisse egiptijs astronomiā iosephus auctor accesserit. Greci auteꝫ dicunt hāc artē ab athlantē p̄us excogitatā. Ideo dictus est sustinuisse celum. Quisquis aūt ille fuerit motu celi ꝛ rōne animi excitatus ꝑ temporum vices: ꝑ astroꝝ ratos definitosq̄ cursus: ꝑ interuallorum spacia moderata cōsiderauit dimensiones quasdā ꝛ numeros que diffiniendo ac secernendo ordine nectens astrologiaꝫ reperit. In vtraq̄ aūt lingua diuersoꝝ sunt quedā de astronomia scripta volumina. Inter q̇s tholomeus rex alexandrie apud grecos precipuus habet. hic etiam ꝛ canones instituit quibus cursus astrorū inuenitur. De differētia astronomie ꝛ astrologie. Inter astronomiā eniꝫ ꝛ astrologiam aliud interest. Nam astronomia celi conuersione ornatus ortus obitus motusq̄ siderum cōtinet vel qua de causa ita vocent. Astrologia vero partim naturalis partim superstitiosa est: Naturalis dum exequit solis ꝛ lune cursum vł stellarum certas temporꝝ stationes. Superstitiosa vero illa est quam mathematici sequuntur qui in stellis augurianť qñq̄ etiam. xij. celi signa ꝑ singula aīe vel corporis membra disponunt syderumq̄ cursum natiuitates hominum ꝛ mores predicare conanť. De astronomie ratione. Astronomie rō modis plurimis cōstat. Diffinit eniꝫ quid sit mundus: quid celum: quid sphere situs ꝛ cursus; quid axes celi ꝛ poli: quid sint climata: quid cursus solis ꝛ lune atq̄ astrorum.

Ca. vndecimum de medicina et eius inuentoribus.


Edicina est que corporis vel tuetur vel restaurat salutem cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc ita pertinet non ea tantum que ars eorum exhibet qui proprie medici nominantur, sed etiam cibus et potus et regimen defensio omnis atque munitio qua nostrum corpus adversus externos ictus casusque servatur. De nomine eius. Nomen medicine a modo id est temperamento impositum existimatur: vt non statim sed paulatim adhibeatur, nam in multo contristatur natura mediocriter autem gaudet Unde et qui pigmenta et antbidota satis vel assidue biberunt vexantur. Immoderatio enim omnis non salutem sed periculum affert. De inventoribus eius. Medicine autem artis actor et repertor apud grecos perhibetur apollo. Hanc filius eius esculapius laude et opere amplificavit: sed postque fulminis ictu esculapius interijt. interdicta fertur medendi cura et ars simul cum actore defecit latuitque per annos quingentos vsque ad tempus artbaxersis regis persarum, tunc eam reuocauit in lucem hipocrates asclepeo patre genitus in insula cboos.

Ca. duodecimum de actoribus legum.


Oyses gentis hebraice primus omnium divinas leges sacris literis explicauit. phoroneus rex grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius termegestus primus leges egiptijs tradidit. Solon primus leges athenienfibus dedit. Licurgus primus lacedemonijs iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno primus leges romanis edidit. Deinde cum populus seditiosus magistratus ferre non possit decem viros legibus scribendis creauit qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt. Fuerunt autem ij appius claudius gemicius veterius curatius sextinus iulius maulius sulpicius et omelius postbumus. Ji decem viri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul pompeius instituere voluit sed non perseuerauit ob decretorum metu. Deinde cesar cepit id facere: sed arte interfectus est. Paulatim autem antiqui leges vetustate atque in curia desinerunt: quarum et si iam nullus vsus est, noticia tamen videtur necessaria. Noue a constantino cesare ceperunt, et reliqs succedentibus erantque permixte et inordinate. Postea theodo. minor augustus ad similitudinem gregoriani et armoginiani codicem factum constitutionem a constantini temporibus

sub proprio cuiusque imperatoris ty-
tulo disposuit quem a suo nomine theo
dosium vocauit.

Ca.xiij. de politica et regimine ci-
uitatis.


Olitica dicitur a po-
lis quod est ciuitas et
icos scientia: quia finis
politice est ciuitatem
bene regi. Unde scien
tia politica est scientia qua vrbes re-
guntur seu respublica dirigitur: vt pa-
ec respublica fruatur; sicut satis in-
nuit augusti. li. xix. de ciui. dei. Poli-
tica igitur cõcernit regimen ciuitatis.
Est aũt ciuitas ciuium vnitas. et secundum
isidorum. xv. ethimo. ciuitas est con-
cors hominum multitudo societatis
vinculo adunata que aliquãdo vrbs
vocata est: et aliquãdo respublica nũ
cupatur. Quam diffiniens scipio di-
cit eam esse rẽ populi. Populus aũt
nõ dicitur quelibet multitudo sed so
lum illa multitudo que habet cõmu-
nionem et cõsensum ad cõmunem vti
litatem hoc narrat augu. li. ij. de ciui.
dei. et isidorus. li. xix. ethimo. Aduer
tendum igitur quod respu. est sicut quod
dam corpus quod diuino numine a-
nimatur et regitur: vt tangit helinan
dus in chronicis li. ij. Huius autem
corporis caput dicitur princeps et se-
natores locum cordis tenent. Iudi-
ces aũt et presides tenent locũ oculo
rum et aurium et oratores locum lin-
gue ceterisque membris persone ali-
que reipu. comparari possent. Dicun
tur autem senatores a senio eo quod an
tiquitus senes in senatores eligebã-
tur: quorum institutionẽ romulus in
uenit: et nomina eorum presente populo
in tabulas aureas contulit. Olimque
filij senatorum illi dicebantur qui na-
scebantur tẽpore quo patres senato
res erant: alij vero non. Et hoc scri-
sit vlpianus suo lib. vt patet in dige-
stis li. i. Rursus in politia eligendus
est princeps nisi secundum genituram quis prin
cipatum obtineat: qui princeps non
cupidus aut luxuriosus inueniatur.
Unde tullius li. de paradoxis quo-
modo inquit imperabit vrbi qui non
potest cupiditatibus imperare. Re-
frenet ergo princeps libidines. sper-
nat voluptates: iracundiam caueat:
auariciam coherceat: ceteras animi
labes repellat. Princeps etiam non
debet eligi nimis pauper aut nimis
diues. Unde olim prout refert vale-
rius li. vi. Duo viri coram scipione et
senatu vt ad hispaniam mitterentur
cõtendebant: quorum vnus ditissimus
alter pauperrimus erat de quibus sci-
pio ait. Neuter mihi placet eo quod al-
ter nihil habet alteri nihil satis est. Ce
terum indignus est principatu aut
gradu superiori qui se nõ bene regit
in inferiori: vt ponit pompeius. li. xij.
Nec debet quis appetere regnũ vel
principatum: quia teste seneca de bene
ficijs. li. iij. regnum est nolle regnare
cum possis. Unde galterus in primo

alexādreidos. Asperius nihil est hu-
mili cum surgit in altū; Et gaufred⁹
Si vis. beneduci te certo comite du
ci. Illud tamē oratij sepus accidit.
In libro enim sermonū ait populus
quoqȝ stultus honores sepe dat indi
gnis. Et claudia. in maiori. Jam nō
ad culmina rerū iniustos creuisse que
rat. Tolluntur in altum vt lapsu gra-
uiore ruant. Quibusdam tñ princeps
nullus placet omnibusqȝ detrahunt
Illudqȝ sydonij in epistolari suo lib.
v. dicere videtur si eligimus humilem
vocatur abiectus si erectū superbus
si doctū inflat⁹: si imperitū irridebitur:
si seuerū crudelis erit: si indulgētē faci
le culpabitur. si simplicē despicietur: si di
ligentē supstitiosus credetur: si quietū
ignarus vocabitur: si abstinentē aua
tus: si bene pascentē gulosus puta-
bitur. Hijs ergo virtus nulla placet
Quicquid sit tamē virtuosi semper
sunt eligendi in principes quorū con
ditiones et mores narrat helinādus
vbi supra. Princeps inquit constitu
tus nō multiplicabit sibi equos nec
subditis erit onerosus: neqȝ multipli
cabis seruos nec canes aut bestias:
sed quod satis est tenebit: histriones
mimos lenones meretrices repudia
bit: inferiores nō corrumpet exēplo:
qr teste claudiano. li. iij. mobile mu-
tatur semper cum principe vulgus.
vxoresqȝ nō habebit plures. litteris
intendet: et cum iudicabit ad alterā
partem nō declinabit. deū precipue
colet. munera nō acceptabit. suosqȝ
officiales frequenter nō mutabit. vñ
tiberius prout refert iosephus. Pro
curatores suos vix aut nunqȝ muta
bit. in hoc enim se dicebat pcere phe
bi. Nā pcuratores scientes ad mo-
dicum tempus se habere pcuratio-
nem quicquid possūt rapiunt.

Ca. xiiij. quō principes subditos suos regere et defendere debent.



Princeps habeat mili-
tes bellicosos qui pre
liari debent nō pro in
iuria inferenda sed re
pellanda: patriaqȝ de
fendenda: nec debent timere viri bel
licosi qȝ deo nō placeant: qr sanctus
dauid bellis intēdebat et cēturio pa-
riter qui dño ait. Domine nō sum di-
gnus vt intres sub tectū meum. hec
Augu. ad bonifacium. Et idem au-
gusti. li. de verbis domini. Militare
inquit nō est delictum sed pter pre
dam militare peccatū est. Nec rem-
pu. gerere criminosum est: sȝ ideo ge
rere rempubli. vt diuitias augeas vi
detur esse damnabile. Unde prelia
nō debent fieri cupiditate ac crudeli
tate sed pacis studio gerantur: vt ma-
li coherceantur et boni subleuentur: Un-
de grego. vniuersis militibus neapo
litanis scribens: summa inquit mili-
tie laus inter alia bona merita hec ē:
obedientiā reipu. vtilitatibus exhibe

re. Ceterum isidorus ethimo. lib. ix. iustū inquit bellū est qđ ex dicto geritur de rebus repetēdis: aut ꝓpulsandoꝝ hoium causa. vnde augu. li. lxxiij. qōnū dn̄s inquit deus noster nō ad hierusalem vane iubet: vt constituat sibi retrorsum insidias. scilicet insidiātes bellatores ad insidiandū hostibus. Et ibidem iusta inquit bella gerebant a filijs israel ꝯtra amorreos: a quibus amorreis transit⁹ negabatur qui iure equissimo humane societatis parere debebāt. Aduertebant aūt bellatores vt nō prelientur iniuriam inferendo: sed ab iniuria se defendendo. Unde ambro. li. i. de officijs nō inferenda ſ; repellenda iniuria lex virtutis est. Et anastasius papa. qui inquit potest obuiare ꝯ pturbare peruersos ꝯ nō facit: nihil aliud est ꝗ fauere inpietati eorum: nec caret scrupulo societatis eoꝝ occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Eandem sniam tangit ambro. li. de off. ꝯ hiero. sup sophoniā. Rursus elinandus vbi supra dicit principem sic debere viuere vt a subditis diligatur. Nam codrus athenien̄sium rex ꝓvictoria populi sui seipm̄ morti tradidit. Nam mutato habitu regio sarmenta colligens castraq; hostiū ingressus a milite quem falce in iurgio percusserat interfectus est. Rex igit aut princeps sic suos diligat: vt etiā pro ipsis mori non timeat. Unde iulius cesar dicere solitus erat: dux qui non laborat vt militibus karus sit militem nescit amare. Unde seneca. Si vis amari ama. Nam iulius pistorem vinculauit eo ꝙ sibi meliorē panem ꝗ ceteris militibus attulerat. Alexander quoq; videns militē suum macedonē pre nimia senectute frigore obstupefactum de sede sublimi descendit: ꝯ suis manibus dictū militem in sedem posuit. Nam princeps qui a suis militibus nō diligit tanꝗ tyrannus dominaꝉ nec securitate vbi est fruitur. Unde cū dionysius tyrannus iuberet suum corpus a multis militibus cūstodiri: plato ei dixit. Quit inquit malum fecisti: vt a tot militibus custodiri habeas. vnd Claudianus non sic excubie: non circunstantia tela ꝗ tutatur amor quasi diceret ꝙ qui amatur non eget custodia.

Capitulum. xv. de legibus diuinis ꝯ humanis.



De inuentoribus legū dictum superius capitu. xij. Nunc igitur supersedendum de eo. Sed aduertendum ꝙ leges diuine preferende sunt humanis. Unde gratianus constitutiones inquit principum ecclesiasticis institutionibus nō preeminēt: sed ecclesiasticis legibus postponēde sunt. Unde helinandus in chronicis. lib. ij. Humane leges eatenus valent ꝗ

tenus a diuinis non discrepant. Alio quin falsum est quod in lege scriptū est quod principi placet scilicet deo legis habet vigorem. Ceterum sciē dum ꝙ sicut lex est commune prece ptum: sic ex cōmuni consensu confici debet: vt trahitur ex summa azonis. Unde papinianus libro. x. diffinitio num. Lex inquit est preceptum com mune virorum prudentium que lex fieri non debet propter aliquem ca sum particularem: sed pro cohertio ne malorum que vt cōmuniter con tingere possunt reipublice: vt ponit iulius celsus libro. v. Unde legi effe ctus est imperare vetare punire in quit modestius. libro. i. regularum. Princeps igitur nō solum armis sꝫ etiam legibus rempublicā debet de fensare: vt tangit iustinianus libro in stitutionum. Rursus aduertendum ꝙ ius canonicum ⁊ ciuile quodam modo sunt partes politice. Itaqꝫ politica scientia est cōmunis ad om nia iura. Unde ius nomen generale est. lex autem species eius. Unde ius dicitur quia iustum est: seu dicitur a iusticia: vt ponit vlpianus libro pri mo institutionum. Lex autem dicit a ligando quia ligat: aut ab eligēdo quia eligitur. Sunt autē multe spe cies iuris. Quoddam enim dicitur ius publicum quod pertinet sacerdo tibus ⁊ magistratibus. Aliud priua tum ꝙ ad vnumquemqꝫ vtilitatem ptinet. Quoddaꝫ etiam est ius quod vocatur gentium quod concernit id quod debetur deo ⁊ parentibus: vt ponit pompeius. Aliud est ius pre torum quod pretores introduxe runt pro salute reipublice quod com memorat papinianus libro pmo dif finitionum. Quoddaꝫ est ius huma num quod dicitur positiuum: quod positum est ab homine. Aliud est ciuile quod pertinet ad populum vel ciuitatem diuina humanaqꝫ causa institutum. Aliud est ius quiritū id est romanum: quia quirites ⁊ roma ni ipm inuenerunt. Jus autem cano nicum dicitur ecclesiastica institutio cuius plurimi fuerunt scriptores. pri mus fuit isidorus qui pmus scripsit librum apostolicum decretorum. de inde yuo episcopus carnotēsis regu las canonum per capitula ordinauit ⁊ ad numerum decem librorum re degit: multeqꝫ abbreuiationes post modum facte sunt actores nō occur runt. Uerumqꝫ gratianus decretuꝫ scripsit. Ceterum aduertendum ꝙ ius ciuile a duabus ciuitatibus e manauit. scilicet ab athenis ⁊ lace demone. Unde regnante ioas in iu da: ligurgus lacedemoniis iura com posuit. qui ligurgus quecunqꝫ prece pit prius obseruauit: vt tangit iusti nus libro tertio. Primo enim statu it: vt auri ⁊ argenti vsus non habere tur: terrasqꝫ ⁊ patrimonia per equa lia diuisit. Et conuiuari omnes pu blice iussit. Juueneiqꝫ voluit vna

sola veste pro anno uti: virgines etiã absq3 dote desponsari multaq3 alia decreuit narratione longa. Rursus apud romanos postmodum creuit. Un̄ pompeius li. singulari eucberidij tradit romulum diuisisse romam in tres partes quas curias appellauit: q2 ibi cause agebant. Leges quoq3 fiebãt in predictis curijs que oẽs cõscripte fuerunt tpe sixti paupirij: q̄ fuit tpe tarquini superbi. Liber autẽ illarum legũ vocatus est liber paupirianus: non q2 papirius eas fecisset: sed q2 ordinate scripsit. Postmodũ aũt romani decẽ viros cõstituerunt: qui leges a ciuitatibus grecorũ collegerunt quas susceperunt scriptas in decem tabulis eburneis. datunq3 fuit illis posse vt illas leges corrigerent: et ideo duas tabulas predictis tabulis adiunxerunt. Un̄ leges duodecim tabularu3 ab omnibus vocacabatur: q2 duodecim tabule in omnibus erant. Post boc apius claudius leges reduxit ad librũ vnu3 et flauius scriba libertinus populo tradidit: vnde senator fieri meruit. Deinde cornucanus primus sciam iuris ciuilis publice professus est. Uerum paupirius publius leges regias prius in vnum volumen contulerat. Et appius claudius duodecim tabulas ex legibus scripsit. Publius vero decem libros reliquit iuris. Maculius totidẽ brutus. vij. et mitius publij filius iuris ciuilis scientiã ad libros xvij. redegit qui digesti sunt ab aufidio. Multiq3 alij scripserũt quoru3 fama vetustissima ẽ. de nouellis aũt memoria publica est.

Ca. xvij. de regimine domus vxoris filiorum seruorum et generaliter de economia.



Conomia est ars vel scia in qua domesticarum rerũ sapiẽter ordo disponit: vt inquit isidorus li. et bi. Ricbardus aũt libro descriptionum dicit q economia est scia que familiaris officij curam mediocri dispositione cõponens distribuit. Hac igit scia indiget quicunq3 paterfamilias vt suam domũ sapiẽter regat et dirigat: q2 dominus ex domo bonestat: vt tangit tul. li. i. de offi. Nam decor est valde pacem domus illustrũ virorum babere: vt tangit idem li. ij. de offi. Unde ipse tullius cõtra salustiũ reprobando ipm dicebat. Nec quicquid turpius domi tue q̄ tu. Et valerius li. ij. Quid pdest foris esse strẽnuum si domi male viuit. Et ibide3 quorum opa splendorẽ suũ pcul obtinuisse videt eorũ dignitatem indignum est et de forme domi collabi. Unde tibullus quid prodesse potest grue põdus diuitis auri auraq3 pinguia: quid si fundant munera bones quid ve domus pdest firmis innixa

columnis: aurateqꝫ trabes marmoreumqꝫ soluꝫ: quasi diceret ista nihil ꝓdesse nisi domus recte gubernetur ideo seneca de quattuor virtutibus dicit: ꝙ sapiens nō debet velle vocari dn̄s a domo: qꝛ domus a domino debet nuncupari. ¶ Circa igitur regimen domus maxime attendendum est ad reginē vxoris: qꝛ nihil est crudelius infesta muliere: vt ponit fulgentius libro suarum mitologiaruꝫ Si tn̄ mulier bona fuerit domū optime disponit: vt autē bona sit maximum remediuꝫ est: si vir bonus ipse fuerit. vnde narrat Hieronyꝰ contra iouinianū. li. i. de quodā qui cū vxore pudicissime vixit. vnde cū os sibi fete ret ipso tn̄ ignorante quidā ei impro perauit ⁊ tunc vxori sue dixit. ¶ Cur ei nō intimauerat que respondit. puta bam inquit omnibus viris sic os ole re. Itaqꝫ summa castitas in ambobus fuit. vnde tibullus li. i. ¶ Casta pꝫ cor diunx maneas sanctiqꝫ pudoris Assideatqꝫ custos sedula semꝑ anus Qui versus pretendunt vt fidelis custodia assit mulieri: qꝛ mulier ꝺ se fragilis est faciliterqꝫ decipitur. Unde narrante valerio maximo. Socrates quidam querenti: an sibi expediret nubere vel non: respondit penitētiam se facturum quodcunqꝫ fecisset Si inquit non nupseris solito te affliget: ⁊ si vxorem duxeris sollicitudo te concitabit. Fortassis autem ideo coniugia sunt onerosa: qꝛ decenti non cōtrabuntur amore sed cupiditate interueniente fiunt. vnde narrat valerius li. vij. de quodā qui babēs vnicam filiam cōsuluit themistodeꝫ vtrum bono viro pauperi aut minus ꝓbato diuiti filiaꝫ collocaret. ¶ Ego vero inquit malo virum qui pecunia egeat ꝙ pecuniaꝫ que viro. Narrat etiam de marcia filia catbonis minoris ꝙ cum peteretur ab ea cur perdito viro denuo nō nuberet: respōdit nō se inuenire virum qui se vellet magis ꝙ̄ sua. Nō sunt igitur mulieres propter pecuniam assumēde. alˀs enī coniugia male fiunt. Nam ⁊ pbilosophi plures timentes in cōiugio fraudari nubere distulerunt. Nam cicero rogatus ab hircio vt post repudium terentie sororem eius duceret. oīno facere supersedit dicens nō posse se vxori ⁊ pbilosopbie pariter operā dare. Nam si pulcbra erit difficile ē custodire quod plures amant: si aūt turpis molestum est possidere quod nemo babere dignetur: plures ergo nubere contempserūt. ¶ Coniugia tamen licita sunt dummodo licite contrabantur: qꝛ teste ouidio in libro de remediis: turpe vir et mulier iuncti modo protinus hostes: quia scilicet quod malo titulo iunctum est malo terminatur fine plurimaqꝫ contingunt incommoda: Unde terentius vnoquoqꝫ animo omnes socrus oderunt nuros. ecce odium. ¶ Et ouidius li primo metbamorphoseos. Immi

net exitio vir coniugis illa marito. filius ante diem patrios inquirit in annos ecce labores. Sed etiam plurima resurgunt cōmoda. vtputa educatio filiorum corporisq̧ proprij custodia. Rursus aduertendum q̄ economia exigit filios debite nutriri. vñ Quintilianus li. i. vtinā inquit liberorum nostrorum mores nosipsi non perderemus. Nā mollis educatio quā indulgentiam vocamus neruos omnes mentis et corporis frangit. Itaq̧ pueri sunt corrigendi: non tamen nimis aspere: q2 teste quintil. li. ij. Ingenia puerorum nimia emendationis seueritate deficiunt. nam et despe rant et dolent et nouissime odiunt: et quod maxime nocet est quia duʒ oīa timent nihil conantur. Moderate igitur sunt corrigendi sed multi non attendunt: q2 tanq̄ viros puerulos cocutiunt: vt ponit: valerius li. ij. alij vero liberos suos non instruunt. cuius oppositum augustus cesar fecisse legitur. Nam filiaʒ suā et nepotes suos iussit lanificio insistere vt ponit suetonius li. ij. de. xij. cesaribus. Rursus paterfamilias suos debet discrete regere seruos: non spernendo sed amicabiliter alloquendo. vnde seneca ad lucillū epistola. xlvij. Illos inquit rideo qui turpe estimant cuʒ seruis suis cenare. hoc enim superbia facit vt cenante dño stantium seruorū turba circunstet. Unde didimus rex bragmanorum ad alexandrum magnum in homines nostri similes seruitutem nō ponimus. Alioquin seuitia est in obsequiū cogere eos quos nobis fratres eadem natura progenuit: et quibus a deo patre cōmuniū honorum spondet hereditas. Seruis ergo nō sunt imponenda grauia onera. vnde narrat valerius li. iiij. q̄ cum plato aduersus seruum suū propter delictum vehementer exarsisset ne vindicte modum haberet: castigationeʒ sui serui pseusippo amico suo cōmisit. vnde plautus. ve aūt apud quos domini vigiliam multaʒ in noctem ptrahunt. tantū enim seruis de vita q̄tum de nocte auferunt.

Ca. xvij. quō paterfamilias debet sibi acquirere amicos



Aterfamilias amicos sibi vendicare debet. Nam teste sene. lib. iij. de benefi. neminē tam alte secula posuerunt: vt nō illi amicus eo magis desit quo nihil absit seu abest. Et idem seneca li. de remedijs fortuitorū. Quere inquit amicos inter honesta officia: q̄re in laboribus. Ad mensam res ista nō queritur. nam modicus amicus ē qui dumtaxat est amicus mense. De tali amico dicit sapiens. vinum nouum amicus nouus. Expedit ergo sapienti iconomico amicū vel amicos bonos conquestare: nec de faci

li pretermittenda est incepta amicicia: qꝛ teste tulli. li. de amicicia. Veterrima amicicia sicut vnū vetus dicitur esse suauissima. Maxima enī est vis vetustatis ⁊ consuetudinis. Eligat ergo sapiens amicum quem semp custodiat: ⁊ cui sicut sibiipsi credat. alꝭs enim non est amicus: vt inqt seneca epl'a. iij. ad lucil. Sed talem amicū difficile est possidere nisi bonus sit qui amat ⁊ qui amat. Quem obꝛem amicicia deliberate cōtrahenda est: sed cōtracta cum fuerit manu teneri debet. vnde suetonius li. ij. de xij. cesarib' narrat ꝙ augustus cesar amicicias nō facile admisit: sed constantissime retinuit. ideo plautus in aulularia in amiciciā inquit ⁊ fidem stultum ne receperis. Nam insipientium atq improboꝛū facilius odiū ꝙ collegium. Qui ergo sapiens est bonus insequitur ⁊ amicū eligit prudentem quem multi nō reperiunt: qꝛ multos amicos habere volūt ⁊ ignotos notis pꝛeferunt. quibus cōtradicit theofrastus. expedit inquit amicos iam pꝛobatos amare: non amatos ꝓbare. vnde catho. Ignotū tu tibi noli pꝛeponere notis. Et sequit Cum tibi vl' sociū vl' fidum queris amicum. Non tibi foꝛtuna hoīs sꝫ vita petenda est. Et cum amicū etiā bonum sapiens inuenerit commode diligat. vnde catho. Dilige sic alios vt sis tibi carus amicus. Sic bonus esto bonis ne te mala damna sequā tur. Ceterum amico nō sit onera imponenda incōgrua ne foꝛsan perdat vnde macro. in li. saturnaliū. ita amicū habeas: vt inimicū posse fieri putes. Et salust. Veros inquit amicos neq armis cogere neq auro parare queas: sed officio ⁊ fide parantur: cum quibus amicis bꝛeues rōnes et longas amicicias habere opoꝛtet. Exoꝛdium aūt amicicie est bene loq ⁊ pꝛincipiū inimicicie maledictio est Amicus enī cito amittit ⁊ raro acqritur. hec socrates. Ceterū economicus bona que possidet pꝛudenter distribuere debet. Unde maioꝛ est in conseruandis rebus ꝙ in reperiēdis adhibenda cautela: vt ponit cassiodoꝛus epl'a. xxxiij. vnde claudia. In maioꝛi volumine plus est inquit seruasse repertum ꝙ quesisse nouum. vnde pħus quidam dictus domas: amico inquit me rogāti si dedero pecuniā mutuo: ⁊ ipm ⁊ pecuniā pdo qđ intelligendū est apđ auaros itaq bōa discrete sunt distribuēda. Verū tamen q̄ mutuo capit gratis reddere debet. Unde ex pꝛouer. sap. colligitur ꝙ fraus est accipe quod nō possis reddere. Et ambꝛo. i li. đ thobia. Paupertas inquit nō habet crimen sed debere verecundum est ⁊ nō reddere verecūdius. ⁊ subdit. Si diues es nullā patiaris perēdi necessitatē: si paup es soluēdi ꝯsidera difficultatem. vñ sene. li. de bñfi. pꝛimo docēdi sunt q̄ libēter accipiūt libent reddere

quia si beneficia gratis collata red⸗denda sunt: multofortius mutua. His aũt sermonibus mutuare non dissuadetur nisi non amicis aut his qui reddere nolunt. Unde augusti. li. de doctrina christiana docet ami⸗cis succurrendũ esse. cum inquit om⸗nibus prodesse non possis. hijs potis⸗sime succurras qui tibi tempore sue opportunitatis commune quadam sorte iunguntur: quia scilicet amicis bona propria mutuo vel dono sunt distribuenda.

Sophologij liber secundus finit.

¶ Liber tertius qui est de amo⸗re virtutũ feliciter incipit. cuius sunt tredecim capitula.

¶ Capitulum primum quomo⸗do ṽtutes sunt naturaliter appe tende.



Virtus medici⸗na est corpo⸗ris pariter et anime virtutes ꝙ appeteñ vni cuiqꝫ naturale est. Cuiuslibet igitur studiuꝫ pro adipiscendis virtutibus debet applicari. Unde boetius libro de cõ solatione. Omnis inquit mortalium cura ꝙ multiplicium studiorum la⸗bor exercet: diuerso quidem calle ꝓ⸗cedit: sed ad vnum beatitudinis finẽ nititur peruenire: quo quis adepto nihil vltra desiderari queant: est enĩ cuncta intra se bona continẽs. Hoc enim bonum medio virtutis adipi⸗sci potest quod multi credentes obti nere: itinera minus virtuosa sectati sunt. vnde augu. xviij. de ciui. dei nar rat qualiter philosophi quidam suũ finem in voluptateꝫ cõstituerunt: vt aristippus. Alij in virtute vt antiste⸗nes. Alij in sensibus corporis. Om⸗nes tamẽ aut a sensu naturali defece runt aut bonum ꝛ virtutem appetie runt. Nam virtus sua dignitate ani⸗mum trahit: sicut arbor diligitur ꝓ⸗ter fructum: vt ponit tul. in rhetorica prima. Nam oĩa honesta cõcordant rationi inquit aristo. in ethica noua. ꝛ quintil. de oratoria institutione. li. i. nihil inquit potest placere quod nõ decet. scilicet voluptati nõ corrupte. Bonum enĩ appetere naturale est. vnde sene. ad lucilluꝫ epistola. xlvij. Omne inquit honestũ voluntarium est. Non enĩ põt honestuꝫ esse quod nõ est liberum. ꝛ libro de benefi. iij. Rerum honestarum precium in ipsis est. Et in suo edippo vbi inquit tur⸗pis est medicina que sanari piget. ex quibus aperte concluditur ꝙ volun tas seu libertas humana virtutes ꝛ honesta petit naturaliter. vnde tulli us. ij. de officijs. Idipsum quod ho⸗

nestum decorumque dicimus per se nobis placet: animosque omnium sua natura commouet. Idem ponit lib. iij. quia scilicet natura id petit quod honestum est aut saltem videtur appetere. si aũt iudicium fallit peccatũ hoc agit. vnde tullius li. de parado. quod inquit honestum est: id solum esse bonũ stoici testant. Unde hecaton stoicus omne inquit honestum in arduo est: quia scz mens ardescit: vt quod honestum est habeat cuiusmodi est virtus: quia teste tulli. in libro de amicitia nihil est virtute amabilius nihil quod magis alliciat ad diligendum. Nam ꝓpter virtutem et probitatez et eos quos nunquam vidimus: diligimus. virtus igitur omnino amabilis est. Nempe ipe tullius in rhetorica pma. Uirtus inquit est habitus anime iudicio rationis cõsentaneus et ibidem. Uirtus est habitus a quo quis bonus existit: et opus suum bonum reddit. Et tullius li. de legibus virtus est recta ratio. Unde aristo. ij. ethi. virtus est que habentẽ perficit et opus suum bonũ reddit. et li. de fine boni et mali. tullius inquit. Uirtus est habitus cõformis iudicio rationis. Libro quoque de offi. primo. Uirtus est per quaz laus in actione consistit. Ipsius tamen virtutis comes est inuidia: quia scilicet virtuosis multi inuident. vnde africano virtus emulos comparauit: vt inquit tulli. in rheto. ij. Nihilominus virtus oĩa vincit. quoniam virtuti omnia parẽt vt ponit salustius in catilinario et per virtutem opus redditur facile: resque prius apparens impossibilis reddit possibilis: vt fertur dixisse isocrates in suis exhortatiõibus narrante calcidio in ꝓhemio sup. thimeum platonis. Sapiens igitur virtutes querat per quas obliuisci poterit dãnorum que gessit. vnde seneca ad lucil. epl'a xiiij. Quãdiu inquit virtus salua fuerit nõ senties quod abscesserit. Nam ira: cupiditas: pericula: p virtutem ꝑtereunt. Et idem seneca. Nulla inqt virtus latet: et si lateat nõ est ipsius dãnum. venit enim dies qua publicabitur. vnde idem seneca. li. de matura morte. vna inquit res est virtus q̃ nos immortalitati donare põt: et pares facere dijs. per virtutem eniz homo sapiens fieri potest. vnde lactantius li. de falsa sapĩa. Uirtus inquit cum sciẽtia coniuncta sapientia est. Nimirum ergo si virtus iuxta problemata appetenda est.

Ca. secũdum qualiter natura cupit virtutes



Virtutes tanquam perfectissimas et conueniẽtissimas perfectiões natura innata est suscipere. vnde aristo. libro. ij. ethi. Neque inquit a natura neque preter naturã fiunt virtutes: sz in

natum est nobis per assuefactionem recipere ipas. Ex silibus enim actibus fiunt similes habitus. vnde prosper in li. epigram. nos hortatur dicens. Ad patriam vite de noctis velle vocati virtutū gradibus scandite lucis iter. Omnis virtutū semp substantia salua est. Intuitus xpi munera nemo rapit. Rursus gaufreduf in sua poetria noua sectemur inquit honesta τ mala vitemus: qz virtus optima rerum pessima res vitium nihil eque pniciosum. Et iuuena. li. iij. satyra pma. Nobilitas sola est atqz vnica virtus. Quis ergo virtuosus fieri nō desiderabit. Nam teste maximiano fuluo: virtus preciosior est auro: nec putrescit sed in aduersis crescit: vt inquit lactan. li. iij. Si ergo virtutis amator esse cupis: attende quoniam virtus nihil aliud est nisi exēplar honesti: vt inquit lactā. li. ix. Nempe virtus ridet in aduersis. Studeat ergo vnusquisqz in virtutibus abundare: vt ī se habeat: quod in alijs amat put ex puerbijs sapientum edocet virtus enim ad beatā vitaz perducit vnde tul. li. i. de legibus. virtus inqt est perfecta rō que certe in natura est itaqz nihil pstabilius hac natura petit: qz constat nos ad iusticiam eē natos. virtus enim oīum animos natura sui cōmouet. inquit tulli. ij. de offi. Reuera multomagis τ fm naturam cōmunitas iusticia τ libertas φ cupiditas aut voluptas. nihil enī tam fm naturaz est φ humanitas. Hec tul. iij. de offi. Si ergo laudabile est naturā imitari: nunquid virtutes habere desiderandū est. Idem tul. li. d ami. Illos viros bonos appellandū putemus qui assequunt φtum homines pnt naturam optimā bene viuendi ducem. quintil. li. i. de oratoria institutione. Omnia que ars cōsummauerit certū est a natura initia duxisse. Nobis igitur ad virtutes sunt quedam semina nature cōcessa etiā anteφ doceamur. Si eni in virtutibus foret anxietas: τ criminibus solum insistere delectabile esset: fortassis virtuose viuere penosum fieret: et bene agendi excusatio preberet. sed in virtutibus gaudium pfectum habetur τ homo ex cōditione sue nature ad honesta ducit: nullatenus ergo excusatur. sene. ad luci. habet hoc optimuz in se generosus animus φ cōcitatur ad honesta magnarum rerum spes ad se vocat τ attollit docilesqz natura nos edidit τ rōnem dedit impfectam: que tñ virtutibus perfici possz. hec sene. epla. lxxviij. Rursus si virtuosum fieri coactionis opus esset: laudabile bonū fortassis nō videretur. Nullus enim laudabilis est in eo quod vitare nequit cum vellet. Sed pculdubio opera virtutum libere fiunt nutuqz spontaneo coassumuntur: vt ponit ouidimus in epistola ad alexandrū. Nullum inquit virtutis iudicium est quod vitari non

possit. nam ad bene viuendum libero incitamur arbitrio, sed plurimi virtutes opinant graues: qz bene viuere nolunt. sed queso vt hij saltem doleant eo qz bona voluntate carent. Si enim boni fieri cuperent: virtutibus faciliter insisterent. nulla enim taz facilis res quin difficilis sit quam inuitus facias: inquit terentius. Utinam igitur huiusmodi libenti animo bona desiderarent. Utinam saltez mala que facere nequeunt nō appeterēt iuxta illud teren. poete. Quādoquidem id nō potes facere quod vis: id velis quod possis. itaqz mala que cupis explere si nō vales: bona tunc facias que peragere potes. Sed aliq dicunt ad plurima opera vitiorũz se cogi. qui si verum dicant stulti reputandi sunt: qz teste tul. de paradox. Soli sapienti conuenit vt nihil faciat inuitus nihil dolēs nihil coactus. Unde stoici dixerunt ea sola voluntatē desiderare que ratiōabilia sunt. vnde et in solo sapiente voluntatem esse dixerunt: vt refert tul. in tusculaqōnibus. li. iiij. Si ergo est in stultis libido initiata aut cupiditas effrenata nō voluntas est rōnalis sed appetitus est brutalis: qz voluntas rōne dirigit et appetitus sensualitate decipitur. O vtinam qui mali sunt: saltem boni fieri cupiant. nam magna pars bonitatis est velle fieri bonum vt inquit seneca ad lucil. epl'a. xxxiiij. Si aũt dicas hoc velle nō posse: audi tulli. li. de fato. motus inquit. Uoluntarius eam naturā continet in se: vt sit in nostra ptāte nobisqz pareat. nā oē honestum voluntarium est. nō enim honestuz esse potest quod non est liberũ: vt inquit sene. ad lucil. epl'a lxvi. Sed prohdolor plures nec bene agunt: nec quod magis dolendũ est emendari volunt. Uerũtamē magna pars profectus est velle proficere inquit seneca epl'a. ij. Nunquid ergo laudabile foret si que deo placēt homo solum velit. vnde seneca ad lucil. epl'a. lxxiiij. placeat homini quicquid deo placet. sed multis hoc graue est: nec de facili posset eorum impietas reuocari qz teste quintil. li. iiij. de oratoria institutione nihil facile psuadetur inuitis. Si quis etiam aliquid inuitus agat: laudem non promeretur. vnde narrante valerio lib. secūdo. Si quis olim bona inuitus fundebat pro republica: maior laus dabatur exigenti qz prestanti. Ex inuito enim opere laudem nullus reportat. nec tamen hij laude priuantur qui bonum quod cupiunt. facere nequeunt. Unde ouidius de ponto Sponte sua probitas officiumqz iuuat si desinit vires. tamen est laudāda voluntas. Rursus et inter eos qui bene agunt. hij laudabiliores qui bona faciunt amore qz timore. Qui etiam mala pretermittunt charitate plusquam qui formidine. Singulis tamē licet non equalis laus daf.

De quibus orati. in epistolis. Oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pene qui mali etiam quandoque mala dimittunt eo quod ipa facere non possunt Unde maximianus. Amplecti mundum quorundam vota laborant: sed votis obstat verbere trita caro. Nam nos a vitijs mundanis sepe retardat. Corporis anxietas damna flagella fames. De talibus enim fatendum apparet quod peccata non deserunt: sed potius a peccatis deseruntur: quia si sponte desererent nulla mutatione facta quantum ad labores ipsorum eo pacto mererentur quo demerentur Discat ergo sapiens virtutes acquirere quas natura petit: quibus etiam totus perficitur homo.

Ca. iij. quomodo virtutes non querunt mercedem temporalem.



Irtus non ita perficeret si ex sua conditione seruilem hominem redderet: aut si temporalis fructus mercedem duntaxat conquestaret. Sunt igitur virtutes propter se diligende. sic tamen vt propter aliud creatum non querantur: sed increato bono soli referantur. vnde sene. li. i. de clementia. Ratione factorum. i. operum virtuosorum verus fructus in ipsis est: nec vllum precium virtutum dignum illis extra ipas est quod de precio creato accipiendum est. Idem sene. iiij. de benefi. rerum honestarum precium in ipis est. vnde plinius in epla ad cautulum. Magnitudo animi nihil ad ostentationem sed omnia ad conscientiam refert recteque facti non ex populi sermone mercedem sed ex facto petit: Illi igitur virtutes fortassis non habent qui ex opibus mercedem temporalem expectant. vnde tul. in dialogo ad hortensium. Nulla quidem virtus esse potest nisi gratuita sit. Nam si mercede aliqua ad officium impellitur non est virtus sed fallax quedam imitatio ac simulatio virtutis. Tul. idem li. i. de legibus. Idpsum quod iustissimum est iusticie mercedem non querere. Et claudianus in maiori. Perdurat non empta fides nec pectora merces alligat ipa quidem virtus precium sibi solaque late fortune secura nitet: nec fastibus vllis erigitur plausu nec vult clarescere vulgi non querit precium vitam qui debet amori gaudia premissi cumulant in opina dolores. Prochdolor igitur multorum opera suspitione non carerent qui bene agere secreto non curant: sed palam ideo bonum faciunt vt laude fruantur publica. fortunamque mundi preferunt virtuti. Unde ouidius, de ponto. Et cum fortuna statque caditque fides. Nec facile inuenies multis in milibus vnum. Uirtutem precium qui putet esse sui. Ipse decor recti facti si premia desint. Non mouet et gratis penitet esse probum.

Nil nisi quod prodest carum est. en detrahe menti. Spē fructus auide: nemo petēdus erit. et subdit. Sponte sua probitas officiūsqꝫ iuuat. Iudice te mercede caret perseqꝫ petenda est. Exterius virtus incōmitata bonis. Nunquid ergo detestabile ē: si quis ea faciat que virtuosa viderētur: et ex desiderio premij tēporalis operū suorum fructum pdit. Dolendum est enim: qꝛ nullus virtutē complectitur pmia si tollas: vt inquit iuuenalis li. iiij. Nihilominus tamē virtus debet fortune preesse: nec est appetenda virtus: vt fortune munera succedant. Tullius in rheto. ij. sola inquit virtus in sua ptāte est: omniaqꝫ pter eā sub fortune subiecta sunt dominatione. Nam virtutis diuitie pedisseqꝫ sunt. illeqꝫ liber estimandus est qui nulli turpitudini seruit. Si ergo omnes cupiunt hoīes liberi fore: cur virtutibus abiectis diuitias seruiles preferunt. Sic enim agere maxima insipientia est: qꝛ teste tul. de paradox. Omnis sapiens liber oīs stultus seruus. Quid est enī libertas nisi ptās viuendi vt velis. Quis igitur viuit vt vult nisi qui recta sequit̃ qui gaudet officio cui viuendi via ꝯsiderata atqꝫ ꝓuisa est: qui legibus quidem nō ꝑpter metum paret sꝫ sponte eas sequit̃ atqꝫ colit qđ salutare maxime esse iudicat q̄ nihil dicit nihil facit: nihil deniqꝫ cogitat nisi libenter ac libere. Cuius oīa cōsilia resqꝫ omnes quas gerit ab ipso proficiscū tur eodēqꝫ referunt̃. Soli igit̃ hoc contigit sapienti vt nihil faciat inuitus nihil dolens nihil coactus. Si enim seruitus sit sicut est obedientia fracti animi atqꝫ abiecti et carentis suo arbitrio: quis neget oēs leues hoīes omnes cupidos omnes deniqꝫ improbos seruos esse. An nihil ille liber videt̃: cui mulier imperat: cui leges imponit cui prescribit iubet et vetat quod ei videt̃: nec ille imperāti aliquid negare potest nihil audet recusare. Ego vero inquit tull. istum nō modo seruuꝫ sꝫ nequissimū seruū appellandū puto: etiāꝫ si in amplissima familia natus sit. Omnis enim animi debilitas et humilis et fracta timiditas seruit⁹ est. hec ille. ¶ Que igit̃ restat gloria amasijs veneris q̄ tunc maxime famulant̃ etiā fedissime turpitudini: qꝛ eoꝝ iudicio maxime gloriant̃. itaqꝫ sensus eoꝝ ita habeatur vt ignominiā gl'am credant et seruitutem principatū. hij etenī suomet vitio miseri fiunt: qꝛ teste sene: epistola lxxxvij. Nemo nisi suo vitio miser est Si igitur cupis liber fieri vitia euita. Nam liber et gulosus esse nō potes inquit martialis cocus. Et subdit contentusqꝫ tua si potes esse toga. liberius vtiqꝫ regere viuere potes. Vereantur ergo diuites seculi huius qui se putant liberos: et maxime subseruiunt non quidem deo nec hominibus: sed nūmis et pecudibus

suorumqꝫ aratorum ꝛ familiarum curam gerunt tanta sollicitudine: vt quietē pdant. nec tñ sana sollicitudo reprobāda est: sꝫ illa quā cupiditas infert: que vtiqꝫ hominē seruilē red dit. Unde seneca in thieste. Nescitis quo regnum cupidi iaceat loco; regē non faciunt opes nō vestis tyrie color non auro nitide trades. Rex est q̄ ambitio vulgiqꝫ fauor non mouet: qui est in tuto positus loco ꝛ omnia infra se videt. Et claudia. in maiori Si metuis si praua cupis si ducer[is] ira seruitij patiere iugū: tolerabis ini quas interius leges. Et subdit tunc omnia iure tenebis cum poteris rex esse tui. Nam illi soli liberi sunt qui si bi ipsis dominantur. Quid ergo ho minibus prodest molestiarum cau sas aceruare. Hoc enim faciunt qui delictorū occasiones laboribus que runt; nunc feminarum imitando col legia: nunc pomparum assumendo fastigia nunc honorūm cupiendo en cenia. Hec enim omnia ruinosa ꝛ la bilia sunt libertatem auferunt ꝛ cri minum morbos ampliant: seruitu tem aggrauant: ꝛ ab omni bono re tardant opere penam inferunt. Naꝫ cernimus diuites eo fieri ad bonum tepidiores: quo fiunt ditiores. Un de prosper in libro epigram. Quid iuuat in longum causas producere morbi. Cur dubium expectat cras hodierna salus. Scimus correctis veniam non esse negandam. Sed nulli nostrum est vltima nota dies. Libertas nulla est maior: maior ve potestas. Quam seruire deo: cui be ne seruit amor. Absqꝫ iugo posita ē ditionis amica voluntas. que viget affectu non gemit imperio. Et gau fridus in poema. nona. Liber est a vitijs qui non inseruit: abnudans cui satis est quod habet: pauper est qui plus cupit. Ecce ergo patet virtutē seruilem non esse: nec mundi sperare premia: que premia nō nisi bonis de ficiunt. Unde eunodius. Semper enim studijs merces resecatur hone stis. Qui vult ergo fieri liber virtu tum querat ornatum mundanis a se abiectis.

Ca. quartum quomodo virtus consistit in medio.



Uoniam in medio tā quā in centro boni cō sistit virtus effectus ergo virtutis est medi um tenere: ꝛ ad extre ma non verti. vnde Oratius libro epistolarum. Uirtus est medium vi tiorum vtrumqꝫ redactum: quia sci licet virtus recedit ab omnibus vi tijs. Et seneca epistola. lxvi. Omnis virtus in medio est. Illi igit̄ virtuo si non sunt qui extrema querunt. Nā ꝛ bona quedam faciunt sed non be ne: quia quod nimium est assumunt. Nempe ieiunare bonum: sed nimis ieiunare virtus non est. Uirtus enim

semper medium querit. In prouer. sapientum dicitur quod bonarum rerum nimia consuetudo pessima est. Omne enim quod est nimium vertitur in vitium. Sed miraris quomodo in bonis possit esse nimietas. Nam si nimietas fuerit iam res bona nõ est. Attende queso quia res multe bone sunt ex fama: et ex se sed fortassis in te bone nõ sunt: eo quod a te bene nõ fiunt Quis enim formidat penitentiam non esse bonam. si tamen indiscrete eam feceris: in te bona non est. Itaque penitentia ex se hominem perficit sed homo insipiens per eam nõ semper perficitur. Sic enim experimur quod ventus suauis nutrit ignem sed excessiuus extinguit. vnde Ouidius secundo de reme. Vento nutritur vento restringitur ignis. leuis alit flammas: grandior aura necat. Et propter ouidius secundo metha. Medio tutissimus ibis. Et maxi. maior enim mediis gratia rebus adest. Et gaufridus in poetria noua. In omnibus vna est virtus seruare modum iuxta illud prouerbiorũ commune. Omnibus adde modum: modus est pulcherrima virtus. Sapiens igitur virtutes acquirat vt medium et modum in omnibus teneat: quia teste ora tios in libro sermonũ. Est modus in rebus sunt certi denique fines: quos vltra citraque nequit consistere rectũ vnde Aristote. libro primo ethimolo giarum ostendit quod virtus tollit sup fluũ et tenet mediũ itaque liberalitas est medium inter auaritiam et prodigalitatem. Sed fortassis queris an inter vitia aliquod medium sit quod si fuerit virtus esse putabitur. Hic vtique dices omne peccatum fore extremum: licet alterum altero sit extremius. virtus autem mediat: quia peccata vndique repudiat. Nam omnia cupere vitium est: omnia indebite erogare stulticia est. quod autem congruit tenere et quod licet hylariter distribuere liberalitas est. mediũ ergo in omnibus sapiens teneat. Unde omerus. virtutem immitte furori et furorem virtute erige. Uerum plurimi medium tenere nesciunt. vnumque vitium extremum vitare volentes: in aliud extremum incidunt. Nam plurimos vidi tanta temeritate superbos: vt ceteros aspernerentur. et rursus deprehensi aut propria imaginatione ducti ita se constituebant vt potius abiecti quam humiles viderentur: eorumque humiliatio locum nõ habebat. Alios vidi furiosos: vbi tñ occasio nõ mouebat. Et rursus beniuoli et taciturni videbantur: vbi tñ deprehensionis stimulus nõ aderat. De talibus ora. ii. sermo. ait. Dũ stulti vitãt vitia in cõtraria currũt. oibus hoc vitiũ ẽ cantoribus inter amicos vt nunquam inducãt aim cãtare rogati. et idẽ ora. in epl'is Alter in obsequium plus equo pronus: et alter rixatur de lana sepe caprina. Si ergo quis virtutes habere

medium queras quod pluribus tenere difficile est: signanter quādo tristia occurrūt. Unde teste aristo. iiij. ethico. Mollicies inquit est fugere laboriosa. Difficiliꝰ tn̄ est tristia sufferre ꝙ̄ a delectationibus retinere. itaqꝫ difficilis est quando inuentio medij quando scꝫ grauis imminet anxietas. Reperibile tamē est medium si assit bona voluntas. Uerūqꝫ virtus est circa difficile: peccare aūt facilimum est; nec miruꝫ qꝛ cadere possunt qui sunt impotentes. resurgere aūt nequeunt. peccare enī deficere et cadere est: sed virtuose viuere potentia est. Unde seneca de naturali. questio. li. vij. Difficilis inuentu est ỽtus dux ducem rectoremqꝫ desiderat sed sine magistro vitia discuntur. Unde oui. de arte. li. ij. Nil̄a nisi ardua virtus. Idē oui. de pōto tēdit in ardua virtus. itaqꝫ virtus in arduis ꝛ necessarijs ꝓbatur in quibus homo perficitur. Unde prosper in epigrā. Amplis incedit spatijs terrena voluptas. Augusto virtus limite celsa petit: qꝛ scilicet vie oblique sunt multe sed via recta ꝛ vna que petit celsa scꝫ diuina: que via ad tenendū difficilis est: nisi homo gratia dei roboretur: qꝛ teste patronio. nihil est tam arduum quod improbitas nō extorqueat. Uirtutum ergo via difficilis est: sed recta atqꝫ in omnibus media.

Ca. quintuꝫ. quomodo mens naturaliter respuit vitia.



I peccare a lege diuina aut humana aut alia quis ꝓhibitum nō esset; adhuc peccata humane displicerent menti nō corrupte per que ipā mens laceratur ꝛ cōcutitur. Unde quintilia. de oratoria institutione. li. viij. nihil est inquit taꝫ occupatū tam multiforme tam varijs affectibus concisum atqꝫ laceratū sicut mala mens. Nam ꝛ cū insidiat̃ vt malū agat labore cōstringitur ꝛ cū sceleribus intendit tūc sollicitudine penarūqꝫ expectatione torqueret̃. Igitur peccare si penosum est nunc ꝛ imposteruꝫ. cur mens humana tāto desiderio studet ea facere quibus anxiat̃. Reuera hoc facit animus eger q̄ cupere non desinit: vt ponit tullius in tuscu. questio. li. iij. Sed peccator diceret ꝙ rerum occasione peccat vt fortassis: qꝛ diuitie animū eius alliciunt. Reuera sic dicens friuole se excusat. Unde seneca epl̄a. xvij. Nō est inquit in rebꝰ vitium sed in ipō animo. Et illud qđ paupertatē nobis grauem facit. diuitias etiam graues facere pōt quasi dicat ꝙ ab animo procedit omne vitium ꝛ tedium. Et subdit quemadmodum nihil differt vtrum egruꝫ in lecto ligneo: aut aureo colloces. quocunqꝫ enim transtuleris eū morbum suū secum transfert: sic nihil refert vtꝝ eger animus in diuitijs aut in paupertate ponat̃. Maluꝫ enim suū vbiqꝫ

sequitur. Idem epistola. xxvij. Si vis oia tibi subijcere te subice ratio/ni. Multos enim reges si te illa rexe rit et ab illa disces: quemadmodum et quid agere debeas. hec ille. Fateat igitur peccator nō a rebus peccatum suum pcedere sed a corrupto animo suo: qui animus de peccato in pecca tum cadit. In peccatis tamē nunqȝ requiescit. in sola enim virtute quies est. vnde tul. li. iij. de natura deorum versutos eos appello quorum celeriter mens versatur cuiusmodi sunt pecca tores quorū mens inquieta est. O qȝ turpe spectaculum animus eger: vt ponitur in prouer. sapientū. Et reuē ra spectaculum deforme est: quādo animus a quo vires pcedere habēt hominem totū in ruinam ponit. De tali animo seu mente loquit ouidius li. de tristibus. Omnes pversas pos/ sunt corrumpere mētes. sunt tamen illa suis oia tuta locis. Tanqȝ dice/ ret qȝ non a rebus sed ab ipso animo corrupto peccata diriuant. O vtinā animus peccantis virtutes adama/ re disponeret. Utinā si peccator deū diligere negligit, saltē se diligat suā qȝ pacē qrat. Attāda. n. pacē in pec catis nō hūi. vñ psper in li. epi. Falla ces curis semp torquent amaris. et mala mens nunqȝ gaudia pacis hȝ Et tibullus li. ij. Sollicitant pectus facta nefanda reruni. vnde ouidius pmo sine titulo. multa miser timeo: qȝ feci multa proterue. Exemplicqȝ metu terreor ipse mei. et oratius li. ij. O qȝ pinania currit mēs ignara bo ni. et persius. O curue in terris ani/ me et celestium inanes quasi diceret qȝ anime curue scȝ male sunt inanes et inaniter celestis sedes pmittit eis Sapiens igitur peccata respuat q̄ mentem affligunt et virtutibus inten dat quibus prestātibus requies hic datur et eterna pax procurat. valeri9 li. ix. Quid vitijs fedius: quid etiam dānosius: quibus virtus atteritur vi ctorie languescūt sopita gloria in in/ famiam cōuertitur: animiqȝ pariter et corporis vires expugnant. vñ boe tius de cōso. li. iiij. Qui inquit virtu/ te deserta homo esse desinit cū in di/ uinam cōditionem transire nō possit vertitur in beluam scȝ in bestiā. Cū igitur quilibet dicat hominē se velle fore: cur per delicta facit homo vt be stie cōparetur. Nam et yo luxuriata in vaccam pversa fingitur ab ouidio li. i. methamor. Abscedant igit vitia inimica virtuti humaneqȝ cōditioni. Sepius enim vitia videnf amicari: sed obsunt eaqȝ immerito cōmenda mus. Nam superbos sepe honora/ biles dicimus iracundos animosos auaros prouidos. Itaqȝ sub pelle vulpina pctā nos inuadunt et quasi virtutes essent: ita nobis suo appa/ ratu applaudunt. tul. in pma rheto. Unicuiqȝ virtuti vitiū reperitur vici num scȝ apparatu. sȝ est reuera con/ trarium. sic eni p audacia famat p/

tinatia et pro religione supstitio. Sed nihilominus virtuti vitium contrariatur licet apud vulgos pro vitio virtus capiatur. Hec tamen virtutis conditio est vitia expellere. vitiis quoque repelluntur virtutes. vnde lactan. lib. de vero cultu Porro si virtutes inferas vitia sponte decident si vitia eximas virtutes vltro subibunt. sic enim bonorum et malorum constituta est natura vt se semper expellant. Hoc tamen peccatorum expulsioni maxime obiicitur: quia scilicet plurimi peccata quedam etiam grauia non detestantur. nam suas libidines et crapulas dogmatisant. Verumtamen teste aug. iiij. de ci. Illi phi qui veritati propius accesserunt: iram atque libidinem vitiosas animi partes esse confessi sunt. Cur ergo scelerati quidem ex delictis non verentur: Cur veritate audita non conuertuntur. Obscurata est enim mens eorum. veritatemque si audiunt: eius tamen lumen non percipiunt. Boe. i. de consola. Nubibus atris condita nullum fundere possunt sydera lumen: quasi diceret quod quemadmodum nubes lumen non accipiunt: sic mentes vitiis obscurate veritatis lumine se non corrigunt. O vtinam hii formidarent tempora mortis vite casum geniture turpitudinem. Hijs enim consideratis vir sapiens reuocabit animum suum peccare quod timebit et virtutibus intendet. vnde prosper li. epigram. Scire volens in qua sis rerum parte locandus. Discute quid timeas quidve sit quid amas Nam cuncti gemino nascuntur fomite motus. Respondentque suis germina principiis quod verba nil aliud sonant nisi quod sapiens disponere volens quid sit facturus respicere habet quid amat et quid timet. ex hiis duobus fomitibus omne opus manat opaque suis iunguntur principiis: quia qualis fuerit timor aut amor tale opus erit. Qui igitur recte viuere cupit timeat quod timendum est: et amet quod amandum. Nam deus est qui pre ceteris est amandus pariter et timendus. nam timendus quia iudex amandus vtique: quia beneficiorum omnium collator est ipse qui prestitit animam vt ratione vtamur perfecta. O quam igitur vile si pecudibus assimilemur: si omni virtute careamus. vnde tul. li. ij. de paradox. Tu cum tibi siue deus siue mater vt ita dicam rerum omnium natura dederit animum quo nihil est prestantius neque diuinius sic teipsum abiicies atque consternes: vt nihil inter te et quadrupedes putes interesse. Idem tul. in philippicis. Eo inquit quo maior est vis animi quam corporis eo grauiora sunt mala que animo concipiuntur quam que corpore feruntur. Miser est igitur qui peccatum concipit quod facere nequit licet sit vterque miser. Sed vnum cecitas tanta vt sit homo ita euersus vt etiam sue creationis non reminiscatur: sequi rationalem opere non ostendat. Hec enim facit dilectio ceca claudia. in maiori. Heu quam cecus inest vitiis amor. qui amor scelera concreat et procreata cum fuerit in maiora tandem commutat ineptisque desideriis corpus et animam pariter mor

tificat.sene.epistola.liij.In hijs quo
qꝫ morbis quibus afficiuntur animi
q̄to quis peius habet tanto minus
sentit.nam quodlibet vitium suū pre
mium etiā placitū afferre videt̄.nam
auaritia pecuniam ꝓmittit luxuria
voluptatem:ambitio pompam.ita⸗
qꝫ vitia peccatorem sua mercede ex
secant:vt tāgit idem seneca epistola
lxix.His ergo persuasionibus cōclu
ditur vitia fore deserenda.Unde ma
theus li.de thobia.Est grauis meri
tum pena q̄ꝫ pena necari.In cruce
credo min⁹ q̄ꝫ meruisse crucē.Quid
ergo dicturi sunt seculi amatores q̄
de peccatis puniri nō timent:deum
qꝫ ipos videre fortassis nō putant.
sene.li.de moribus.Nihil interest q̄
animo facias quod vitiosum est fe⸗
cisse.quinimo ⁊ si deus atqꝫ ꝓximus
malū nō viderent minime tn̄ facien⸗
dum esset.vnde tul.li.iij.de offi.Cer
te inquit si oēs deos hominesqꝫ cela
re possemus.nihil tn̄ iniuste vl̄ libidi
nose faciendū est.quinimo vir bonus
nō solum nō facere:sed nec cogitare
quidem audebit quod nō audeat p̄⸗
dicare.Ex quibus patet vitijs spre⸗
tis virtutibus esse insudanduꝫ:vt sa⸗
na poscit natura.

Ca.sextum de honestate vite in⸗
tus ⁊ deforis.



Viri virtuosi cum non sint hipocrite interius exterius virtuosi esse debent.Interius cum deus videat.Exterius vt proximuꝫ instruant.seneca epl̄a.x.Sic viue cū hoībus tanq̄ꝫ deus videat sic loque re cum deo tanq̄ꝫ homines audiant: ⁊ epi.xxix.Multo magis tibi expe⸗ dit nosse qualis tibi videaris q̄ꝫ qua⸗ lis alijs.iuxta illud catbonis.Plus alijs de te q̄ꝫ tu tibi credere noli.Il⸗ los igitur virtuosos esse dubitamus quibus bene viuere tedium est nisi laudes ab hominibus impendantur eis.Utinam attenderent illud sene⸗ ce epistola.xli.Sacer inquit spirit⁹ inter nos sedet malorum bonorum qꝫ nostrorū obseruator ⁊ custos.hic prout a nobis tractatus est ita nos tractat.Si eniꝫ bene egeris tibi suf ficiat cōscientie tue testimonium:qꝛ nō est bene agendum vt de te loquā tur homines:sꝫ vt ipē tecum loquarꝭ inquit sene.epl̄a.lxxviij.Nempe mi⸗ ser es si ꝯscientie tue cōtemnis testi⸗ monium.ibidē epl̄a.xliij.Sed mul⸗ ti coraꝫ hoībus parent ⁊ solitarij de um pretermittūt:qꝛ virtus in eis nō est.cum tamē seneca vbi supra epl̄a lxxiij.dicat:sic certe viuendū est tan q̄ꝫ in ꝯspectu alicui⁹ viuamus.Quid enim obest ab homine aliquid eē se⸗ cretum.Sufficit enim q̄ꝫ deo nihil clausum est:coram ergo illo bene a⸗ gere sufficit:quia coram illo cum a⸗ gimus:tunc sumus coraꝫ iudice om nia cernente:vt tangit boetius quin to de consolatione.Sed plurimi famam.Pauci vero conscientiam

verentur: vt habetur ex prouerbijs sapientū. vñ tibul. li. i. Nec tibi celandi spes sit peccare paranti. Est deus occultos qui vetat esse dolos. ouidius primo de arte. Innocue viuite numen adest. Hec aūt oīa adducta ideo sunt: q2 vir virtuosus gloriam ex ope nō querit sed deū petit in iudicē et seipm in testem nō corā hoībus sed coram deo q testimonia nouit. Erubescat ergo homo etiā solitari9 peccare psumens: q2 et si deū non timeat saltem sue oscie testimonio erubescat. sene. li. de moribus. Nullum pctōrum tuorum cōscium magis timueris quam teipm. alium enī effugere potes te aūt nunquam. Sed nunquid virtus deforis testimoniū petit. Reuera testimonio nō eget sed deforis in exēplū testes si habuerit pdest. Nam sicut solis radius sparsis pluribus pficit reb9: sic vita beata videntibus pdest vnde teren. in adel. Inspicere tanquam in speculo vitas hominū iubeo. sene. epla. vij. Cum hijs versare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Optimum quidem est maiorū vestigia sequi: si recte pcesserunt. Cat ho. Proximus esto bonis si nō potes optimus esse. Nam teste oui. iij. de arte. Tunc bn fortis equus reserato carcere currit: cū quos pretereat quosque sequatur hz Nimirum ergo si dñs in euangelio dicat. Luceat lumen vestrum corā hoībus. Tunc enī lumē lucere dicitur cum bonum opus de foris in exemplum ostendit ppriaque piculo cauere assistens instruit. quē et hrē tul. li. ij. Felix quicunque dolore alterius didicit posse cauere suū. vnde gaufred9 in poetria. Syrenes exemplar habe doceatis in illis. Casibus in letis semper peiora cauere. Nam syrenarum cātus letificat: sed submersio nauigantium sequitur frequēter. Quid est igitur quod multi se virtuosos dicūt sz nec exemplum exhibēt nec inceptis bonis otinuant Hoc fortassis ideo est quod virtuosi nō sunt sed tales putantur.

Ca. vij. de bona consuetudine.



Uod noua testa capit inueterata sapit. ergo fiat virtuosa iuuētus. Uerum sz iniqua et mala consuetudo vitaque praua solita animum retardat a bonis teste galtero. vi. alexandreidos Consuetudo potēs est sz natura fortior est ipa: itaque mala osuetudo allicit sed nō necessario vincit. Rursus et si mala cōsuetudo supare pōt: fac vt tua osuetudo bona sit. vñ ennodius Tpe difficiles veniūt ad aratra iuuēci. Tpe lenta pati freno docentur equi. Ferreus assiduo osumitur ānul9 vsu. et subdit. Nihil assuetudine mai9 qd male fers assuesce feres bene. Ex quibus verbis cōcluditur quod sicut equus p assuefactionem nō renuit frenum.

ānuluſq; ferreus ex frequenti vſu cō
ſumitur: ſic pam... bō ...
na ... bo-
... ſuetudine mediāte virtuoſus ef
ficitur. vnde ſene. li. i. d̄ morib⁹. Edu
catio ac diſciplina mores facit: ⁊ id
ſapit quiſq; qđ didicit. itaq; bona cō
ſuetudo excutiat qđ mala inſtruxit.
⁊ idem li. i. de naturali qō. Quis nō
intelligat oīa ꝯſuetudine vim ꝑdere
ſuam. ⁊ ibidem li. iiij. ꝙ diu decurrūt
ſolita magnitudinē eorum ꝯſuetudo
ſubijcit. Qui cupit ergo virtuoſus
fieri ꝯſuetudinē ſibi querat boneſtā
vnde ariſto. i. metba. Illud quidem
ad qđ aſſueti fuimus magis aīo eſt
applicabile. vnde mlťi ꝑ aſſuefactio
nem audiēdi apologos ⁊ fabulas:
animū a veritate diuerterūt: q̄ teſte
iulio celſo li. ij. Omniū rex magiſter
eſt vſus. ⁊ ſaluſtius in iugurtbi. Plu
ra ſunt q̄ licet grauia ſint: tñ ex ꝯſue-
tudine ꝓ nibilo babenť. Unde quia
plures peccādi ꝯſuetudinē babent.
ideo pctā grauia nō videnť eis. ſi tñ
virtutibus ꝯformiter adbeſiſſent fa
cilitatē bene agendi ⁊ equalr̄ ⁊ ꝑam
plius inueniſſent. vnde tul. in pbilip-
pica. vi. Omne malum naſcēs facile
opprimiť. Inueteratū aūt plurimū
fit robuſtius. Mala igiť anteq̄ ve-
terata ſint extirpari debent: q̄ ꝯſue-
tudinis maxima vis eſt. inquit tul. in
tuſcu. qōni. li. ij. ⁊ li. ij. de diuinatione
ꝯſimilem ſniam ponit. vnde ipē tull.
in oratione ꝓ cornelio vallo. Uſus i
quit aſſidu⁹ vni rei deditus ⁊ ingeni-

um ⁊ artem vincit. Quēobrem ſeua-
... grauiſ
ſum rerū ꝯſuetudo ...
ſimum: q̄ eſt imperiū cōſuetudinis.
Nam ꝯſuetudo eſt altera natura vt
inquit auerois in ꝓlogo. iij. pbiſico-
rum. ⁊ oratius in epľis eandē tangit
ſniam. epľa. ij. ad lolliū dicens. Ira
furor breuis eſt aīum rege q̄ niſi pa-
ret. Impat bunc frenis būc tu cōpe-
ſce catena. Fingit equū tenera doci-
lem ceruice magiſter. Ire viā quam
mōſtrat eques venaticus ex quo. tꝑe
ceruinā pellē latrauit in aula. Milu-
tat in ſiluis catulus nūc adbibe pu-
ro. Pectore verba puer nūc te melio
ribus offer. Quo ſemel ē imbuta re-
cens ſeruabit odorē teſta diu. Hec
oīa ſapientē inſtruūt: vt aſſueſcat vi-
uere ſancte: prudenter loqui: q̄ teſte
quintil. li. i. Cōſuetudo eſt certiſſima
loquēdi magiſtra. Diſcat igiť ſapiēs
virtutibus luceſcere: vt moribus et
vita ſibi ceteriſq; valeat ꝓficere. Ad
qđ faciendum ꝓdeſt boneſta ſocie-
tas q̄ virtutū exempla docet. ſeneca
epľa. vij. ſic inquit. Tranſi cū ſocrate
viue cū zenone cū criſippo cū poſſi-
donio. bij tibi tradent bumanorū di-
uinorūq; noticiā. Jubebunt in oꝑe
expedire: vt non tm̄ ſcias eloqui ⁊ in
oblectatione audientiū verba iacta-
re ſed ⁊ aīum indurare ⁊ aduerſus in
iurias te erigeř. Merito ergo apľs
prime ad corintbi. vi. dicebat. Nolo
vos eſſe ſocios demoniorū. i. pecca-
torū: qm̄ cū ꝑuerſo ꝑuerteris iuxta

pphetam. Quicunq3 ergo in virtuti bus pficere cupit bonos τ prudētes in sequatur viros. Ambro. in li. de offi. Pulchra est societas senio℞ τ adolescentiū. Alij testimonio alij solatio fiunt: alij magisterio: alij delectatiōe cōuiuunt. Si quis enī hoīem vitiosum in sociū elegerit ipe cum illo pibit. puer. xxij. Noli eē amic⁹ homini iracundo: nec ambules cū hoīe furioso ne discas semitas eius. Sup quo verbo greg. omel. ix. ait. Infirmi debent declinare societatē prauo℞ ne mala q frequēter aspiciunt τ corrige re nō valent eos amplius inficiant. τ si de infirmis hoc cauet potius ergo de sanis hoc accipi oꝫ ne suaꝫ sanitatem scꝫ morum honestatem alio℞ exemplo perdant.

Ca. viij. qūo vitanda est mala vita: τ mundi vanitas.



Num pctm̄ aliud trahit. nam τ scriptuꝫ est p pphetaꝫ. Abissus abissuꝫ inuocat. itaq3 nisi scelus corrigatur homo totus in abisso mergetur delictorum. sꝫ seculi vanitas plurimum correctionē impedit. sene. epl'a. lxix. Cogito mecū q̄tus ad spectaculuꝫ luso℞ fiat pcursus: quāta fit ptra bonas artes sollicitudo q̄ imbecill. i aio sint: quo℞ humeros lacertosq3 miramur: q2. s. vanitas seculi pctā psuetudinemq3 peccādi generat. sene: idem epl'a. xlvi. Ubi cā sublata est peccādi adhuc locū peccati meretur p̄suetudinis cā. naꝫ illicita amant: vt ponit idem sene. in hercule. τ idem sene. in agamēnone. Uis ponere mores seculum fuge. Per scelera enī transire tutū iter nō est nec scelus vnicuꝫ erit vn̄ sene. li. v. de benefi. Dicitis o stoici oēs stulti mali sunt: τ qui vnum vitium hꝫ τ oīa qd si est nonne vndiq3 humano generi pnitiuꝫ est. Nonne publica querela est bn̄ficia perijsse: τ paucissimos esse q de benemerentibus nō inuicē pessime mereant. Nescio inquit q nō ex pho℞ domo clamat. τ subdit nō est hospes ab hospite tut⁹ nō socer a genere fratrum q3 gratia rara est. iminet exitio vir cōiugis illa mariti. Beneficia in scelus versa sunt τ sanguini eo℞ nō parcit: p qbus sanguis fundēdus est. Hec ille. ex qbus verbis pcludit q mundus tot⁹ in maligno positus est. oīsq3 virtus perijt τ pctā president vniuerse genti nec gratia ex psuetudine putant: vt tangit salu. in iugur. vnde plaut⁹ in aulularia. patiētia desidie acrimonia crudelitati assignatur. sic euertunt oīa: itaq3 pctis oēs seruiūt boe. iiij. de psō. Quātas re℞ lubrica versat fortuna vices. τ sequit. At peruersi resident celso mores solio sanctaq3 calcāt iniusta vice colla nocentes latet obscuris pdita virtus clara tenebris. itaq3 moribus sacris pferun-

tur crimina que nõ a rebus sʒ a ma-
lis ꝓdeunt hoībus dicēte tul. de pa-
dox. Non aūt pctā rerū euentu sʒ vi-
tijs hoīum. Utinaʒ aūt attenderent
hoīes quo pacto veteres sublimati
sunt. Nō eni opibus silibus nostris.
vnde salu. in catilina. Maiores ⁊ p̄-
decessores plurima bona fecerunt: q̄
nobis nulla sunt. Nam apd̄ eos nul
la fuit domi īdustria foris iusticia a-
nimus in ꝯsulendo liber: īmunitas a
delicto; libidinis odiū. Pro his aūt
nō habemus luxuriā atq̄ʒ auaritiaʒ
⁊ subdit. Omnia ꝟtutis p̄mia ambi
tio possidet ⁊ domi est voluptas: fo-
ris aūt nō iusticie sʒ pecunie seruitur.
Nunqd ergo illud ouidij d̄ tristibus
verificari pōt: cū inquit alta labētur
ab equore retro. vnda dabit flāmas
⁊ dabit ignis aquas. terra feret stel-
las. celū scindet̄ aratro. oīa nature p̄
postera legib⁹ ibunt. oīa iaʒ fient fie
ri que posse negabā q̄ verba nil aliđ
sonant nisi q̄ mundus vijs obliquis
ambulat ⁊ oīa lege versa fiūt. Luca-
nus li. v. Itur in oē nephas iuuat et
nocentes idem facinus quos inqui-
nat equat. ouidius. i. de arte. Cur est
sua cuiq̄ʒ voluptas. Idē li. d̄ tristib⁹.
Nubila sūt nr̄is tp̄a nr̄a malis. ⁊ idē
i. methamor. Effodiunt̄ opes irrita
menta malorū. Iamq̄ʒ nocēs ferruʒ
ferroq̄ʒ nocētius aurū. ⁊ sequit̄. Fi-
lius ante diē patrios inquirit in an-
nos. victa iacʒ pietas. ⁊ subdit. Quo
mare quo tellus correptaq̄ʒ regia ce
li ardeat: ⁊ mundi moles oposa labo
ret. ⁊ sequit̄. Dignitur excessus quia
dū caro clamat eamq̄ʒ spūs exaudit
cōsensu; culpa creat̄. Inq̄ʒ creādo ne
fas caro fit vir spūs vxor. Hec enim
grandis abusio est spm̄ carni subijci
qđ tn̄ pctm̄ facit. Uitanda ergo sunt
peccata ne per ipa dissipetur homo
ratioq̄ʒ pereat.

Ca. ix. q̄uo vitanda est peccati
opportunitas.



Plurimi ideo peccant:
q꞉ cōtradictores non
habēt. itaq̄ʒ scelera cō
mittunt: q꞉ peccandi
opportunitatē habēt
Si aūt peccare ipis ꝓhiberet̄: aut si
mali agendi facilitatē nō inuenirent
sepi⁹ male agere desisterēt. vnde ꝓ-
sper in epi. Cum dat̄ iniusto peccan
di optata ptās: vt mala mēs prauū
qđ cupit efficiat. Ira est magna dei
qua multos sic q̄ punit: vt quib⁹ ex
ultant criminib⁹ pereāt. ⁊ sequit̄. Nū
quid erit morbi qđ dominabitur illi.
cui supera auxiliū iā medicina negat
Quicūq̄ʒ ergo filios aut familiares
recturi sunt caueāt ne eis opportuni
tatē peccādi exhibeāt: q꞉ nefas p̄mis
sum vile fit. sepi⁹ inquit maxi. Pecca
re etiā nō insipiētib⁹ cauta ꝓhibitio
faciēda est: ne ꝓhibitiōis occasione
malū cogitare incipiant quod prius
factibile nō ꝑpenderūt. aut ne ꝓhibi
tione aspera iminente vetitū experiri

studeant. Ouidius.li.iij. sine titulo. Nitimur in vetitu3 semp cupimusq3 negata. Rursus alij plures licentia3 peccandi se habere putāt eo q͏ rep̄hensores nō habēt. Fortuna enī sic eos sublimauit: vt q͏ pauperes iracundia incitāte faciunt: id sup̄ba auctoritate p̄sumunt. vnde salu. in catilina. Sepe alia alijs licētia est: quia magno p̄diti imp̄io qđ volunt agūt. et q̄ apud alios iracūdia dicit̄ hec in eis sup̄ba crudelitas appellatur. In fortuna tñ etiā maxima peccandi nimia licentia est. Tulli. in philippica xiij. Id licere dicimus qđ legibus institutisq3 maiorū p̄seditur. neq3 eni3 q͏ quisq3 pōt id licet eis aut si nemo obstat nec p̄pterea p̄mittitur. s. peccandi licētia. nam et plato dixisse fert̄ Illa est verissima iusticia q̄ erga inferiores seruat̄. nam triūphus innocētie est nō peccare vbi liceat posse. In q̄ntum ergo plus potes peccare desine: q2 sc3 peccādi p̄tās legitimū op9 nō reddit. vñ claudi. in maiori. Procliuior vsus in peiora datur suadetq3 licentia luxū. Non tibi q̄d possis sed quid fecisse decebit. Occurrat mentemq3 domet respectus honesti. Et p̄sper vbi supra. Qui se pctīs gaudet feliciter vti. infelix nimis est p̄speritate sua. Plurimi tñ licentie occasione a pctīs se excusant nō q͏ nō faciant s3 dicunt ea impune facere posse. nullū tñ vitiū licitam excusatione3 h3: tunc enī pctm̄ nō esset. vnde in p̄uer. sapientum dicitur. Omne pctm̄ est voluntariū. Omitte ergo excusatione3: nemo enī inuitus peccat. Tales enī malunt sua vitia excusare q̄ effugere: vt ponit sene. in declamatonibus li. v. Alij vero mala faciūt sperantes postremo excusari. de quibus idē sene. in edippo. Malorū praua spes est. et teren. in eunucho. Si quis post factā iniuria3 se purget parum mihi p̄dest. Sepius tñ peccāt aliq̄ veniam obtinere nō diffidētes. itaq3 dicunt q͏ peccasse nunq̄ placuisset si remittendū pctm̄ suū non putassent. Unđ venia cuius amore a delictis tenebantur desistere criminibus apud eos videt̄ excusationē prebere. Contra quos loquit̄ oui. li. de ponto. Ne factū defendas tuū: mala cā silenda est: nil nisi sollicite sint tua verba preces: ne tua si fletu sindant̄ verba nocebit. interdū lachrime pondera vocis habent. que verba nil aliud sonāt nisi q͏ peccator potius lachrimis q̄ excusationibus intēdere d3 suumq3 delictū fateri. vnde marcialis cocus simpliciter pateat vitiū fortasse pusillum qđ tegit̄ maius credimus eē nefas. Sed in hoc aliq̄ pereunt: q2 peccati sui qualitatē nō cognoscunt: curari ergo non p̄nt eo q͏ incognitum vulnus medelā nō cepit. Mari. non intellecti nulla ē curatio morbi. si q̄s ergo pctm̄ sentiat fateat̄ ip̄m excusationūq3 deuia nō querat. vñ fulgētius li. iij. Mitologiarū formidolo

sa suspitio semp excusandi suffragia querit. τ subdit. Ignorantiam iuris absoluat venia que culpā scire nō cō sueuit. q. d. φ excusatio nulla est: nisi vbi ignorātia etiā inuincibilis habet

Ca. x. de cautela vitādi τ cognoscendi peccata.



Ulta sunt vitia q̄ si cognoscerent vitarētur in hoc vero decipiunt hoīes: q2 multa sunt vitia q̄ virtutis spēm habent a quibus cauere difficile est: nisi caute quis attendat. quintil. de oratoria institu. li. ij. Est quedam vitiorū virtutūqꝫ vicinitas qua temerarius ꝓ forti τ effusus seu ꝓdigus pro copioso accipit. τ sene. epła. xlv. Uitia nobis sublatēter virtutū nomine occurrunt. Nam temeritas sub titulo fortitudinis latet: moderatio vocatur ignorantia pro cauto timidus accipit. In hijs eni magno periculo erramus. τ idem epła. lvi. Omnia vitia ad modū morbi in aperto leuiora sunt τ tunc sunt perniciosissima qn̄ simulata sanitate succedūt. Quecunqꝫ ergo agimus cū magna deliberatione faciēda sunt opisqꝫ cōsilium q̄rendū ꝯgruit: vt mature fiat opus: sicut tangit salu. in catilina dicēs. Priusφ incipias ꝯsulto τ vbi ꝯsulueris mature facto opus est. vnde tulli. in catilina. Habuit inq̄t catilina viros improbos sub vmbra virtutū optimisqꝫ viris se iunctū simulabat: nunφ inquit tale monstrū in terris vllū fuisse puto. τ subdit. Quis eni clarioribus viris qn̄qꝫ iocūdior. quis turpioribꝰ cōiunctior. quis cuius aliqn̄ melior. quis hosti ciuitati deterior. quis in voluptatibꝰ inquinatior. q̄s in laboribus patientior. quis in rapacitate auarior. quis in largitione effusior. Illō q̄ꝫ in eo erat mirabile naturam suā versare τ regere ad tp̄us atqꝫ huc τ illud torquere. flere cū tristibus: seruire cū remissis: cū luxuriosis luxuriose viuere. hec ille que oīa designant pctōres τ pctā sepius dissimulari: nec facie prima cognosci. Sepe eteni cū viris optimis iunctꝰ eē putabis: τ cum vitiorū amatoribꝰ residebis. Inquirat igit sapiens qδ pctm̄ vt caueat q̄s peccator vt se nō ꝯiungat. qδ faciebat sidonius: vt patet in suo epłari li. iiij. de quodā enim sic dicebat. Est hic ipe loquax aut dicax ridiculus vł letus: arrogans aut cōstans curiosus vel ꝑspicax. Talia enim de eo querēda sunt: si nō verbo saltē mente cū quo viuere petis: q2 timidus qn̄qꝫ se vocat cautū. etiam ꝓdigus parcū: vt ex ꝓuer. sapientū colligitur. Nūquid eni sepulchra deaurata sepe vidimus in q̄bus nisi putredo latet. Aspectu quidē pollita sunt intus sordida. Sic τ vitia quedā honestatis spēm gerunt: τ tñ ab oī lege atqꝫ iure recedunt q̄ nō obstante suo

apparatu vitanda sunt: q̄m teste ouidio .i. de reme. et mala sunt vicina bonis: errore sub ip̄o ꝑ vitio virtus carmina sepe tulit. vn̄ iuuena. li. v. Fallit enim vitiū spē virtutis et vmbra. Gaufre. in poetria. Fel modicū totum mel amaricat: vnica menda totalē faciē diffamat. Quācq̄ ergo vitia honesta videant̄: q2 tn̄ in se maculata sunt merito aspernant̄. quinimo et bona accipi nō debent: nisi fine bono suscipiant̄. vnde lactan. li. de vero cultu. Etiā ea que bona sunt fines suos hn̄t: quos si excesserunt in vitia labunt̄. Nam ꝯstantia nisi ꝑ vrtute accepta sit obstinatio est: q2 fortitudo in temeritatē ꝯuertit̄. His igitur attentis cri̅a sunt p̄cauenda et bona q̄ fiunt iusto fine exequēda. al's enim vir efficiet̄ criminū amator sicut de iulio legimus vn̄ tul. ij. de offi. In iulio cesare tanta libido peccādi fuit vt peccare ip̄m delectaret: etiā si cā nō esset. Idem etiā tul. cōtra catilinā absentem dicebat. Sic enī iam tecū loquor nō vt odio p motus eē videar: quo debeo s3 misericordia q̄ tibi nulla debet̄. Necq̄ enī his es vt te aut pudor a turpitudine aut metus a pi culo: aut rō a furore reuocauerit. Ybi enim mala plurima cōmemorat tul. ꝯtra catilinā que siue vera sint siue nō. fallaciter tn̄ in pctis submergit̄ q̄ peccare nō veretur. Arbitror tn̄ tullium in p̄dictis satis ample locutum fuisse: q2 poti9 forsan vt salustio suo contradictori cōtradiceret q̄ vt veritatem modeste scriberet. Et de salustio ꝯtra tul. idem opinor. vn̄ salu. ꝯtra tul. Homo leuissim9 supplex inimicis ꝯtumeliosus amicis: modo harum modo illaꝝ partiū patronus ꝑnus mercenarius: cuius nulla pars corpis a turpitudie vacat lingua vana manus rapacissime: gula imensa pedes fugaces q̄ honeste noiari nō pn̄t inhonestissima. hijs enī verbis parum adhereo. Sed ex p̄dictis sit iste fructus q̄ vitia sepe virtutes apparent et peccare q̄ assuescit vitia vitare nequit. Nec tn̄ credas oīa opa esse vitia: q2 et si decipit̄ q̄ vitia virtutes credit etiā deficit ille qui oēs malos iudicat actus. vnde multi dicunt illud gaufredi in poetria noua. Presens blanditor absens detractor: amicus apparēs hostis tectus possessor auarus exactor dir9: p̄do grauis ambitiosus institor. itacq̄ de bonis et malis paria iudicia formāt qd̄ minime faciendū est: sed bonū a malo discernēdū. maloq̄ p̄termisso bonū eligendū. Plures tn̄ sunt quibus sufficit si boni credant̄ bonicq̄ fieri nō curant. Tales enī sunt hoīes nō re: sed noīe vt ponit tul. li. i. de offi. Hij enī ambitionē ꝑ mercede querūt. sic enī de alexādro legimus q̄ tribus insolentie gradibus sua felicitas exultauit narrante valerio li. ix. Caueat ergo vnusquisq̄ ne comparet̄ ei de q̄ sidonius in suo ep̄lari. lib. iij. Et hic

importunus petendi derogator: negati emulator: accepti callid9: reformandi querulus: flagitati garrulus restituti venditor: pstiti publicator: occulti inficiator soluti: sectator epularum. de bene viuente nullā bonam pferens sniam. hic auidus bibendi auidior detrahēdi: et hmōi que oia q pbdolor de multis verificant.

Ca. xi. quō sunt vitanda peccata leuiora ne contingant grauiora.



Vitia q̄tumcūq3 parua vitanda sunt: qr tn in se magna nō sunt, semina tn̄ sunt maiorū3. vnde ouidius. ij. de reme. Parua necat morsu spaciosum vipera taurum. A cane nō magno sepe tenet aper. Sic etiā vitia q parua vident hominē frequēter ad interitum ducūt: multaq3 pctā grande gignunt et nutriūt. vnde oui. ibidē. Collige de multis grandis aceruus erit Quo tua nō pñt offendi pectora facto. Forsitan hoc alio iudice crimen erit. Grandia p multos glomerant flumina riuos. Hij igitur attendant qui peccata venialia minime ponderant q amanti deū omne pctm̄ pondus est. Ouidius methamor. iij. Nimium est q amātibus obstat. et tul. i. de offi. Que quidē parua videntur esse delicta si a multis intelligi non possunt: his vtiq3 sunt declaranda: quia peccatum q̄tumcūq3 paruum nocet. signanter hijs quorū fragilis est animus vitaq3 lesa. vnde ouidi9 ij. de reme. Infirmis cā pusilla nocet. Et martialis cocus. Simpliciter pateat vitiū fortasse pusillum qd tegitur magis credit eē nefas vt alibi dictū est. Quis tn̄ diceret peccata quecunq3 vitare nō posse cu3 catho dicat. Nemo sine crimine viuit. Hic dicendū q oia si vitare nō possis: saltem sub spe venie etiam parui delicti peccare nō psumas. Si aūt ex lapsu leuiter peccare te cōtingat tua etia3 pdidisse merita non credas: qr pctā que venialia nuncupant sic obsunt: q diuine gratie munus grandiaq3 merita nō tollunt. Unde prosper. in ep igrā. Non merita obstruat grandia culpa leuis. Illi igitur laudabiles qui sine peccato viuunt si qui fuerint talest: nec tamē illaudabiles quorum desiderium est peccare nolle: q bus multum prodest si carnis subijciant motus a quibus lex membrorum tota dissoluitur: quos motus reprimere difficilimu3 videt nisi amor christi preponat mēti. vnde prosper li. preallegato. Mens nullos poterit carnis cōpescere mot9: ni si fuerit christi semper amore potens. Fideles ergo christum in exemplar accipiant: Passionisq3 sue commemorent misterium: vt caro mortificata fletibus vitia non germinet.

Nam facilius est vitiorum initia

ꝓbibere q̄ impetum regere. Ouidius.i.de reme. Terra salutiferas herbas eadē q̄ nocentes nutrit ꝛ vrtice proxima sepe rosa est: vtile ꝓpositum est seuas extinguere flammas. ꝛ subdit. Dum noua sint subito mala semina morbi. nā mora dat vires: teneras mora ꝑcoquit vuas. qui nō ē hodie cras minus apt⁹ erit. Vidi ergo ꝙ ꝑmum fuerat sanabile vulnus dilatū longe dāna tulisse more. Que verba nil aliud sonant: nisi ꝙ absq̄ dilatione motus carnis sunt deprimēdi: cupiditatesq̄ subijciēde. vnde ex ꝓuer. sapientū colligit̃ ꝙ fortior est putandus q̄ cupiditates subijcit q̄ qui hostes: vt aūt cupiditates subijciantur multū ꝓdest si oculus ꝛ auris a ꝑceptione mundanoꝝ subtrahant̃. vnd̄ sene. ad lucill. ep̄la. lxix. Qui ponere vult desideria rerū oīum quarū cupiditate flagrauit ꝛ oculos ꝛ aures ab his auertat. nā cito affectus quocunq̄ se vertit rebellat. Et idē sene. ep̄la ij. Proijce quecūq̄ cor tuū dilaniāt que si aliter extrahi nequeāt cor ip̄m cū illis euellas. iuxta illud euangelij Si oculus tuus scandalizat te erue eum ꝛ proijce abs te.

Ca. xij. de sinceritate vite antiq̄ꝝ



Este scriptuta nostri antecessores bonum cupierunt. Cicero in tuscu. q̄oni. li. v. stoici finem bonoꝝ esse senserunt congruū nature ꝛ cū eo ꝯuenienter viuere. nā teste apuleio li. de deo socratis. nihil est deo gratius ꝛ similius q̄ vir aīo ꝑfectus ꝛ bonus qui ceteris antecellat. His igit̃ testimonijs deducitur: veteres bonā vitā collaudasse. vnde tul. in oratione ꝓ ligario. Nihil tam populare q̄ bonitas. ꝛ lactan. li. de falsa religione. Bene dicere quidem ad paucos pertinet: bene aūt viuere ad oēs. nam q̄ male viuunt naturaꝫ offendunt: qui aūt bene viuūt naturā dotant. tul. li. de amicitia. Illos bonos viros appellādos putemus qui assequunt̃ q̄tum hoīes possunt naturam optimā bene viuendi ducem. Et in tuscu. q̄oni. li. iiij. Amplissima oīum artiū est bene viuendi disciplina: quam vita magis q̄ l̄ris quidaꝫ ꝓsecuti sunt. Ad hoc enī natus ē homo vt virtutibus ꝓficiat. vnd̄ varro in suis sentētijs. Viatores nō essent nisi vt eant sic ꝛ vita nō sine causa fit sed vt in ea aliquid preclarū fiat. Et ep̄la. lxxvij. sene. ad lucil. Vita nō est imperfecta si honesta est. ꝛ cōcludit ꝙ tam vita longa est q̄ longa ꝛ diuturna sunt bona opera. Antiquos enim nouimus virtutibus intendisse: viteq̄ honestatem precommendasse. Horum igitur exemplo bene viuere christiani discant: quibus ex iure maior obligatio competit.

Nam teste Oratio in sermonibus. Homo factus est ad be-

ne viuere: qꝛ scȝ vita eius legibus p̄cisis circumulata ē. Dices fortassis te bene viuere nō posse ꝓpter obloq̄ces quibus mos est iustoꝝ deridere simplicitateȝ ꝛ deuotos hypocritas nuncupare: cultūq; in derisum ꝓ viribus subuertere. Queso tñ vt borum loquacitas a bono aīum tuū non reuocet quoꝝ friuola sunt obloq̄a stulta ꝛ irrita nulloq; pōdere digna. vñ catho. Cum recte viuas ne cures v̄ba maloꝝ. Arbitrij nostri nō est quid quisq; loquaṫ. Proximus esto bonis si nō potes optimus eē. Oratius in carminibus nihil est ex oī pte beatum. Tutum est igiṫ ꝓximorū exemplo doceri. Attēdat igiṫ vir prudēs vt eius vita bona sit ꝛ caueat ne virtutes acquirere cesset. Unde petrus riga in biblia v̄sificata. Te decet h̄ vt eas festino currere gressu virtutū semꝑ ad meliora celer. vñ teste ouid. iij. de arte. Magnū opus est mores cōposuisse bonos. Sed reuera teste claudia. in maiori. Inquinat egregios adiuncta sup̄bia mores: qꝛ. s. plurimorum vitā sup̄bia deducit ad ruinam: aut qꝛ sua p̄sumptio īpedit eos ne deū timeāt: aut qꝛ sua temeritate vite acerbitatē attēptant quā manu tenere nō valent. Omnis eñ virtus bona: oīumq; virtutū opa licita sunt sed nullus oīa facere pōt. vnde virgilius in bucco. Fraxinus in siluis pulcherrima pinus in ortis. Populus in fluuijs abies in mōtibus altis. Et subdit. Non oīa possumus oēs: qꝛ. s. sicut nullus arbores oēs attingere: vł secare pōt: sic nemo viator v̄tutes oēs pōt adipisci. sic tñ vt oīum opera magister exerceat. oīum tñ virtutum habitibus pōt illustrare. Sed quis dieb⁹ istis bene viuere valebit: Naȝ peccare pudor nō est: sȝ potius viuere sancte irrisio videṫ. Delictorū q̄ꝫ innumerabilia currunt exempla. quis ergo resistet. Reuera tunc bene agere laus est qñ virtutes deprimūtur. nunquid laudaṫ certamē militūȝ dum hostes irruunṫ. nuq̄d parui luminis sydus in nocte cādescit ꝛ candela exigue suffragio domus grandis illustraṫ qui nullū in die prebent obsequiū. Sic eñ tua lucebunt opa si in tenebris huius tp̄is fiant: si bonus tp̄ibus malis inueniarł. iuxta illud marcialis coci. Tp̄ibusq; malis ausus es eē bonus qd̄ laudabile est vt quāto asperior est fortuna. viuendiq; norma difficilior: tanto quis sit melior. Bonitas vero in morib⁹ bonis cōsistit. de quibus sene. li. de. iiij. virtutibus. Non sis arrogās nō audax. admone libēter: reprehēde patiēter: ꝯtendēti cede: cunctis esto beguigꝰ: ꝛ hmōi: que sene. ibidē extensius docet. vñ ideȝ sene. ep̄la. v. Id agamus vt meliorē vitā poti⁹ sequamur q̄̄ vulgus. ꝛ subdit. Tempereṫ vita inter bonos mores ꝛ publicos: qꝛ teste august. Turpis est oīs pars vniuerso suo nō congruens. Nec tñ

decet virum prudentem quorūlibet moribus se cōformare; quot enim capita tot sensus et gestus, sufficit enim voluntati dei se sponte submittere. Quis eni posset tot hoīum volūtatibus obedire. Nam teste persio mille hoīum spēs et rerum discolor vsus. velle suū cuiqꝫ est; nec voto viuitur vno et sedulius li.i. Hic loquitur nimis ille tacet hic ambulat hic stat. Alter amat fletus; alter risus querit: diuersisqꝫ modis pars est vesania cunctis. Ita qꝫ hominum nō eadem est volūtas. Ipsis ergo nō oportet alludere vt bñ viuatur: quia teste ouidio primo de arte. Non eadē tellus parit oīa vitibus illa conuenit hec oleis hic bñ farra virent. Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figure. Qui sapit innumeris moribus aptus erit. Sed difficile ē vt quis oēs mores sapiat. Sufficit enim ad bonā moralitatē virtutibus intendere; et pacis gratiā cum proximis obseruare: alienecqꝫ compati angustie et ꝓsꝑitati applaudere. iuxta illud oratij in poetria: vt ridentibus arrident; ita flentibus assint humani vultus.

Ca. xiij. de odio peccati.



Si hoīes mortem odiunt: ergo nobis peccata odiosa sint. exēplo ꝓphete dicentis. Iniquitatē odio habui; et abhoīatus sum. legem aūt tuā dilexi vñ hugo li. ij. de sacris. pte. xiij. ca. x. Uitia odiosa sunt. nam supbia aufert hoī deū: inuidia ꝓximū; ira seipm: accidia spoliat: auaritia flagellat: gula seducit: luxuria subijcit. et sequitur aīa rōnalis in sanitate sua vas est solidū et integrū nullā hñs corruptionē. ipa tñ vitia deturpāt et corrūpunt. Nam ꝑ supbiā inflatur: ꝑ inuidiā arescit: per irā crepat: ꝑ accidiā frangitur: ꝑ auaritiam dispergitur: ꝑ gulam inficitur: ꝑ luxuriam ꝯculcatur et in lutū ꝯuertitur. In hijs ergo exercēdis pudor et verecūdia est. Cum eni iudicas ꝙ male agis nec tñ desistis, nunqd teipm iudicas: nunqd tu tibi cōtrarius es. Si ergo erubescētia est ꝓpria sñia ꝯdemnari atqꝫ sibi ꝯtrariari; in oī ergo pctō pudor est. ideo dicitur eccl. xxi. Quasi a facie colubri fuge pctm̄. et sequitur. Dentes leonis dētes illius interficientis aīas hoīum quasi rūphea his accuta hoīs iniquitas. vñ ad romanos. vi. Per pctm̄ eni serui estis cui obedistis. s. dyabolo. Sed nunquid erubescētia est creaturā rōnalē subijci demoni obstinato: nunqd turpe est vt tibi dominetur q̄ suꝑpsius dominus nō est. Hec tñ seruitutē atqꝫ ꝯfusionem crimina inducūt. ideo seneca epl'a. xli. dicebat. Desidero ꝯtra ambitionē ꝯtumeliose agere; cupio luxuriam obiurgari et huiōi. Consideret igitur peccator qua morte moritur ꝑ pctm̄; quia sicut ait aug. de dua-

bus aiabus: tunc anima moritur qñ a deo deserit: aut qñ a dei cognitiõe se auertit. Idem ait ipsemet aug. xiij. de ciui. dei. ca. i. Nempe detestabile est: vt te viuente p culpam ppriã moriaris: atqz in tuo sensu erubescas p pctm̃ quando scz id nõ agis quod te facturum nosti.

¶ Sopbologij liber tertius finit feliciter.

¶ Sopbologij liber quartus in quo agitur de quattuor virtutibus theologicis incipit. Cuius nouem sunt capitula.

¶ Ca. pmũ qũo credendũ est articulis fidei. etiaz quodãmodo in lumine naturali.



In lumine naturali quedã articuloꝝ euidẽtia põt inueniri. ad cuius declaratione pmo vidẽdum est qd sit lumẽ naturale: et dicũt aliqui φ est vis aĩe cõsiderata fm latitudinẽ eoꝝ q ex puris naturalibus ppendere põt. Hoc autez lumẽ vocat intellect⁹ agens qui se bz ad intelligibilia: sicut lumẽ ad visibilia. Et iste intellectus agẽs nõ est intellectus intelligẽs: sz eius offm̃ est spẽs illustrare et intellectum actuare Veruz aũt aliqui ponũt φ est quoddam accidens innatũ et ɔcreatum: sz credo melius si dicamus φ est ipsamet aĩa ɔsiderata put seipaz actuat Unde si oculus eẽt in se luminosus extrinseco lumine nõ egeret sz mediante seipõ visibilia videret. Et tamẽ alia rõne diceret oculus et alia rõne lumen vl luminosus. Sic suo mõ de aĩa imaginabit scz φ ipsa est lumen et cũ boc potentia intellectiua fm diuersos respectus. His aũt premissis pbatur pdicta ppositio signãter q ad quattuor articulos fidei. vñ sic arguo. Articuli trinitatis incarnatiõis creationis: et resurrectiõis in lumine naturali quodãmodo ppendunt. ergo ppositio vera. ɔña patet: qr isti sunt articuli: de quibus minus videt sed antecedẽs pbatur et primo de articulo trinitatis. nam in lumine naturali cognoscit imago trinitatis in tribus potẽtijs aĩe q sunt vna essentia ergo. vñ aug. iiij. de trini. ca. xv. et. ix. de trini. ca. vi. et. xiiij. boc mõ. s. p imaginem venat articulũ trini. Item in alijs rebus est vestigiũ trinitatis cognoscibile in lumine naturali. Unde aliq posuerunt vestigiũ consistere in numero põdere et mẽsura: sicut sapĩe scdo. Aliq posuerũt illud pncipiũ medium et finem sicut pitbagoras. Alij modũ spẽm et ordinẽ: sicut augu. iiij. super gene. Alij substantiam virtutẽ et operationem. Iuxta imaginationem Aristotelis primo celi et mundi

Itaqꝫ in omnibus rebus est vestigium trinitatis. Res aũt sunt cognoscibiles in lumine naturali ergo. Item dicimus in naturalibꝰ ꝙ effectus habent vestigium superiorũ causarum sicunt patet de niuibus cadentibus sub forma stellari ab influxu stellaꝝ patet etiam de natis sub signis que habent cõditiones signoruꝫ. ergo a prima etiam causa res producte habent similitudinẽ prime cause scꝫ trinitatis. Item phi naturales in lumine naturali ad noticiam trinitatis ꝑuenerunt. vnde cõmentator. xij. metha. refert antiquos phos posuisse ĩ diuinis ternarium. ⁊ aristo. primo celi ⁊ mundi numeruꝫ ternariũ diuinũ vocat. Item augu. ix. cõfes. ca. ix. refert ex libris platonis suaderi ꝙ in principio erat verbum vsqꝫ ad illud ⁊ verbum caro factum est. Et hermes de verbo eterno monas monadem gignit ⁊ in seipso suum reflectit ardorem. id est pater generat filium ex quibus procedit ardor scꝫ gratia spũssancti. Item quelibet scientia in lumine naturali possibilis fore in ternario fundari videt᷑. Nam ꝯgruitas grãmaticalis suppositum cũ apposito triplici cõditione cõcordat. Logicus termino ꝓpositione atqꝫ figura formaliter concludit. Rhetoricus ⁊ poeta triplici vtunt᷑ stilo. Geometria a triangulo figuras rectilineas incepit. Astrologia a pũcto meridie ⁊ planetarũ motu inuestigat. Musicus in tribus ꝑmo harmonisat. Arithmeticus numerũ ternarium primum cõpletum tradit: vt etiam dicit aristo. ꝑmo celi ⁊ mũdi: q2 ꝑmus numerus est habens principium medium ⁊ finẽ. Phisicus tribus principijs naturam cõstrui docet. Miruꝫ ergo si scie naturales in ternario fundentur ⁊ in lumine naturali trinitas nõ perpendit᷑ ergo. Item si creatum intelligendo ⁊ volendo actum ꝓducit: cur deus etiam intelligendo non ꝓduceret filium ⁊ volendo spiritum sanctum. Ulterius hoc idem ꝓbat᷑ de articulo creationis mundi. Nam sicut inter res est naturalis ordo perfectionis ⁊ dependentie sic debet eẽ durationis in se: signanter quoniam ꝑma cã non agit naturaliter sed libere. vnde aristo. ordinem dicit esse optimum bonũ: vt patet. vij. politi ⁊ redarguit aristipum negantẽ ordinem Et alacen secundo perspectiue dicit bonum vniuscuiusqꝫ rei ex ordine decorari. Item nulla est ciuitas cuius actor nõ inueniat᷑ ergo. Item phi naturales qui fidem nõ habuerunt: ad noticiam huiꝰ articuli ꝑuenerunt. vnde hermes quẽ aristo. patreꝫ phorum nũcupat libro suo de verbo eterno ca. ij. Res inquit nõ erant añ mundi creatiõem nisi in ipõ deo. vnde nasci habuerunt. Item galienus in sua alchimia narrat hermeteꝫ dixisse ꝙ in tabula smaradina in vetustissima littera scriptum inuenerat mundum

creatum fuisse. Item augu. vi. de ci. ca. ix. refert platonem in suis libris fere de verbo ad verbum dixisse verba moysi. In principio creauit deus celum et terrã. Verũque aliqui dicũt platonem descendisse in egyptum et vidisse libros hieremie. Sed augu. ibidem probat ex intentiõe hoc fieri nõ potuisse ex vicissitudine temporum. Item arabes et sacerdotes egyptij dicunt solem creatũ in signum leonis vt refert solinus li. suo de mirabilib⁹ mundi. quod refert plato in thimeo. Item tholomeus in. ij. ꝓlogo almagesti post multas laudes aristo. concludit ꝙ in hoc sibi nõ cõsentit ꝙ mũdum creatum nõ dicit. Verumque existimo aristo. nõ putasse mundũ eternum a parte ante. licet eius verba sonare videant: que sunt intelligenda sic ꝙ mũdus q̃tum est ex natura potest perpetuari. vnde aristote. deum creatorem nuncupat. li. suo de regimine principum quẽ edidit ad petitionem alexandri narrante pho eius translatore. et li. de secretis secretorũ pariter cõsentit deum esse creatorem quem librũ arist. edidit. testante iohãne translatore eius. lz multi obstant Item hypocras li. suo ebdomadarum dicit planetas eodẽ modo moueri sicut ab exordio mouebant. ergo exordium habuerunt. Item albumasar li. i. de ꝯiunctionibus differentia prima dicit: mundũ ante diluuium solũ durasse per duo milia annorum cum ducentis viginti sex annis vno mense: tribus diebus et quarta parte vnius hore. Et differẽtia. viij. Creauit inquit deus hominem et fecit ipm nobilissimum aĩalium. et differentia decem refert heraclitum cõcessisse mũdum originem habuisse. Item referunt ꝙ quidam sacerdotes egyptius solon philosopho dixit qualiter lapidem viderat ex delubris egyptiorũ delatum in quo scriptum erat ꝙ mũdus nouem milibus durauerat. Et eandem sentẽtiam scripsit sacerdos quidam magistri alexãdri. Egyptiorum quoque multi mundum centum milibus annorũ duraturum putauerunt: vt refert augu. xviij. de ciui. dei. Que omnia et si falsa tamẽ mundum exordium habuisse ꝯsentiunt. Unde ouidius licet poeta. i. metha. Ponit mundi exordiũ per quattuor etates atque diluuium etc. Ulterius de incarnatione hoc idem patet: quia viso ꝙ deus potest supplere quodlibet genus cause cur non poterit eque bene vniere sibi naturam humanam sicut supposito creato vnit accidentalem. Quo facto eque bene denoĩabit natura substantialis vtputa humanitas deum esse hominẽ: sicut albedo facit socratem denominari album. Plura et quasi ĩnumerabilia sunt testimonia et ꝑmitus veteris testamẽti. vnde isa. lxiiij. dicebat. Utinam disrumperes celos et descenderes. et danie. vij. Aspiciebam inquit in visione

noctis ꝛ ecce cum nubibus celi quasi filius hoīs veniebat. nec tamē soli fideles xp̄m incarnandum sperauerunt. quinimo ꝛ gentiles olim miranda de xp̄o futuro cōscripserunt. Unde albumasar in suo maiori introductorio differentia prima narrat ꝙ in celo apparuit virgo honesta ꝛ munda prolixa capillis facie pulchra in manu tenens duas spicas sedens super stratum nutriebat puerū cui exhibebat sollicite ad cōmedendum. Hec enim visio nil aliud designat nisi ꝙ virgo incorrupta virtutibus ac genere clara duas spicas id est naturas in se cōcepit ꝛ sedens sup stratū id est sup mundi machinaʒ qm̄ luna sub pedibus eius ipa siquidem puerum scʒ xp̄m ex purissimis sanguinibus spiritusancto cooperante nutriuit. Huius aūt visionis maiorem attestationem narrat Orosius dicens ꝙ cum octauianus rome imperaret orbem totuʒ sua virtute fecit sibi tributarium quemobrem ppl's romanus sibi applaudere cupiens honores diuinos sibi impendere disposuit: qꝛ tamē cognoscebat ꝙ nō in propria sed in diuina virtute orbem subiecerat: ideo predictos honores suscipere distulit. ꝛ tyburtinā sibillam qd sup hoc facturus esset interrogauit que multiplici rōne suasit ne diuinos suscipet honores. Unde hoc ipa suadente celū illico aptum est splendorꝗ nimius effulsit sup eū: viditqꝫ in celo virginem pulcherrimā stantem sup altare tenentē puerū in brachijs suis: sed cū octauianus admiraretur vocem audiuit dicenteʒ. hec ara filij dei est. Quibus verbis auditis octauianus statim se in terram pͥecit: et virginem cum filio pariter adorauit Hoc autē mirabile rome accidit in camera octauiani in qua nunc est ecclesia minorum. Igit̄ pphbeta in persona dei dicebat arcbus meus in columna nubis: qꝛ scʒ xp̄m futuꝝ in celo patuit. Nec tñ mirabile si virginē xp̄m peperisse fatemur: qꝛ narrat plinius. viij. natura. Absqꝫ masculis equas grauidari: cui alludēs solinus li. iij. de mirabilibus mundi ħ dupliciter fieri edocet. Unomodo flatibus ventorū. alio modo solo masculi odoratu: ꝛ dat exemplū pforme de perdicibus europe. Insup virg. in geor. similem sniam attestat̄ dicens. scilicʒ ante omnes furor est insignis equarum. continuoqꝫ auidis vbi subdita flamma medullis; vere magis qꝛ vere calor redit ossibus ille. Ore omēs verse in zephyrum stant rupibus altis. Exceptantqꝫ leues auras ꝛ sepe sine vllis. cōiugis vento grauide mirabile dictu. Saxa p ꝛ scopolos ꝛ depressas ꝛ cōualles diffugiunt. ouidius. ij. de vetula virginem pariturā pdixit que dyaphebes vocabat̄. Dicebat enī nasci debere pphetaʒ absqꝫ maris coitu: cuius erat concors complexio preuia future. ꝛ ibideʒ no

tatur a quibusdam expositoribus ꝙ p sex annos cum modicis boris ante christi aduentum gloriosa fuit coniunctio iouis et saturni in principio arietis que dei ꝛ hominis coniunctionem insinuauit. ꝛ hoc videtur quasi prophetasse ouidius: vt aliqui dicũt ꝛc. Eodem etiã tempore decima reuoltio saturni completa fuerat quare mundi diuinuꝫ debebat renouari: qꝛ principatuũ varietas penes decẽ reuolutiones saturni maxime attenditur: prout dicit albumasar .li.ij.de cõiunctionibus differentia.viij. Virginis etiã partum valeri.li.viij. approbat referens virginẽ fusaꝫ oratione cribrum aqua plenuꝫ de tybri ad templum dee tulisse. sic etiam maria rorem celi portauit. Insuper solinus de mirabilibus mundi narrat. Puellaꝫ voto castitatis meruisse principatum pudicitie. Ouidius etiã li.iiij.ꝺ fastis cybelen virginem matreꝫ deorum appellauit. Narrat insup paulus dyaconus ꝙ cum romulus palatium rome cõstruxisset dictuꝫ pro tunc palatiũ pacis: statuam ibidem posuit dicẽs nõ cadet hec statua donec virgo pariet. Die aũt natiuitatis xpi etiã a romanis perhibet corruisse. Narrat etiaꝫ eutropius ꝙ circulus similis celesti qui dicitur yris eadem die apparuit circa soleꝫ atqꝫ in taberna meritoria fons de terra illa tota die emanauit: Et sic iuxta vaticinium isaye: idola egypti corruerũt quia nullum templum fuit: quin saltem aliquod idolum caderet ipã die natiuitatis. Quãtum vero de articulo resurrectionis ex multis probatur rationibus etiam naturalibus. ꝛ primo ex perpetuitate anime. Nam anima dicẽda est perpetua: vt patet tertio de anima: ꝛ hoc qꝛ reflectit. et consequenter est spiritualis ꝛ immortalis. Unde plato eam circulo supra se conuerso assimulauit. Item algasel.viij.phisice sue.capi.vltimo dicit animam rationaleꝫ esse immortalẽ. Item hermes de verbo eterno. ca. iij. Idem dicit ꝛ concludit animam bonam deo cõiungi. Item sentit aristote.libro de secretis ꝛ li.de pomo. Et plato in thimeo futuram gloriaꝫ ꝛ infernum expresse fatetur. Item sixtus pithagoricus fatetur futuraꝫ felicitatem adesse bonis. Item macrobius libro ꝺ somnio scipionis circa exordiuꝫ ait. Beatos eterna gloria frui. Item varro ꝛ porphirius qꝫdam resurrexisse mortuos ferunt: vt aug.narrat.xxi.de ciui.dei.ca.vij. vnde plinius.vij.naturalium feminam exanimẽ refert ad vitam rediisse. et puerꝫ quinquaginta annis post mortem vixisse. Itẽ tul.li.de repu.vi.fingit ꝙ post mortẽ scipionis vidit euꝫ scipio minor cũ suis pdecessorib⁹. qꝺ somniũ exponẽs macro. ꝯcludit beatitudinẽ. Ideꝫ sentiũt ptolome⁹ in.i. almagesti ꝓlogo ꝛ albumasar in.vi. articło itroductoriij differẽtia.xxvi. ꝛ

auicenna.viij.metha. Item ouidius Flumina infernalia sepe cōmemorat: cuius verba licet transumptiua: nō tamē mendosa. Item de combustione corporis absq̧ cōsumptione satis sunt exempla naturalia: vt ponit augu.xxi.de ciui.ca.iiij. De montibus sicilie qui ab exordio cretonis comburūtur ⁊ nō minuunt. Itē de lapide iocustos fit pannus incombustibilis: vt refert albertus magnus li.de mirabilibus. Ex quibus omnibus cōcluditur ꝙ articuli fidei sunt ꝺducibiles in lumine naturali: ⁊ hoc circa demonstrationē. Hic tamē notandum ꝙ aliqui dicunt ꝙ huiusmodi auctoritates vł nihil faciunt ad ꝓpositum articulorū vł ipas fuisse reuelatas. Nihilominꝰ tamē existimo ꝙ ⁊ licet plures philosophi habuerint reuelationes: tñ in lumine naturali multa de articulis fidei excogitare potuerunt. Potest etiā dici ꝙ philosophi quo ad aliqua viderūt libros ꝓphetarum. Sic eni refert augu.ij.de doctri.xpiana.c.ij. ꝙ plato vidit libros hieremie prophete.

Ca. secundum de cultu ⁊ veneratione dei.



Q Vecunq̧ laudabilia possidemus a deo accepimus. Si igitur serui dñis obsequunt si hos possessorez noscat: pamplius fidelis deū colere debet: dicēte cathone. Si deus est animus nobis vt carmina dicūt. Hic tibi pcipue sit pura mente colendus. Unde mercurius termegistus ad asclepiuz solum inquit. aīal hō duplex est: q2 scz inter aīalia hō solus ex duplici cōstat natura. s. mortali ⁊ eterna. ⁊ subdit mercuriꝰ. Illa pars simplex. s. aīa diuine siſitudinis formaz hz. ergo humanitas semp memor nature ⁊ originis sue in deitatis imitatione pseuerat. Nos igitur agentes gratias adoremus deum. hec inquit sunt summe intētiones dei cū gratie agunt a mortalibus hoīum adorantibus ⁊ laudibus. Que verba clare innuunt hoīem debere deū colere tāto celebrius q̃to plura beneficia a deo suscepit. ⁊ q̃to sublimior factus est ceteris rebus p imaginē dei quā accepit. Unde sixtus pithagoricus in suis sentētijs. Deus libertatē arbitrij hoībus pmisit vt pure ac sine peccato viuētes siſes fiant deo. Naz tēpluz dei est mens pura ⁊ altare optimum est ei cor mundū. Uir castus ⁊ sine peccato ptātem accepit a deo eē filius dei p adoptionē. hec ille. Ecce vides o tu hō qm̄ templū dei es. Si ergo in templo cultus deo debeatur nunqd deū tua mens colere dz. Nā in ꝓuerbijs sapientū dicit. Non aspiciat q̃ plenas sed q̃ puras quis deo manus offerat: q2 nō alter nisi optimus animus pulcherrimus dei cul

tus ē. Nil ergo refert si munera grā-
dia offeras deo: sed tua deuotio tue
orationi valorē imponit. Plus enī
paupcula era duo exhibēdo placuit
deo ꝙ cresus tallentorum ex mune-
re. Jlla siquidē magis placuit nō ꝙ
magis obtulerit: sed maiori conatu:
deuotiōeq; affectiori era vł obulum
obtulit ꝙ cresus talenta: vt satis re-
fert hiero. in fine prologi biblie. Pla
ceat ergo homini quod deo placet:
vt monet sene. ad lucillū epla. lxxiiij.
Tunc enim hoc placet homini quod
deo placet qñ cultum exhibet qui de
betur ei. Quod fecisse phi leguntur.
Nam sicut ait plato phus est ama-
tor dei: vt narrat aug. viij. de ciui. dei
Amator aūt dei phus nō esset: si cul-
tum dei sibi debitum subtraheret.
Unde ꝓsper in li. epigram. Hac de-
siderij deus est pietate colendus iu-
sticie vt merces tota sit ipse deus.
Optima vota deo quorū est dator
ipē vouentur. ꝛ subdit. Libertas nul
la est melior maior ve ptās ꝙ serui-
re deo cui bene seruit amor: absq; iu
go posita est ditionis amica volun-
tas. Que viget affectu nō viget im-
perio. Ecce clare innotescit ꝙ qui de
um amat ipm etiā colit prout iubet
catholica fides. Nam ꝛ pecudes su
is balatibus elephātesq; suis flexio-
nibus celsa venerantur: arbores cre-
scendo sursum eleuant: elemēta celo
rū impressionibus obediūt semperq;
leges suas celoꝝ orbes obseruant.
Quibus attentis mirū si fidelis ma
ioribus dotatus gratijs obedientiā
pariter ꝛ reuerentiam deo exhibere
pretermittat: nec solum hoc mirum
sed ingratitudinis signū est. Eos tñ
nō arbitror fore dignos laude q̄ de-
um dū colunt plus cerimonijs ꝙ af-
fectibus intendunt. Et que putatur
eorum deuotio sepe supstitio est de
quibus cicero in orone. Est etiam q̄-
dam religionis modus. ꝛ subdit. Ni
miumq; supstitiosū esse nō oportet
. Eos etiā cōmendandos nō reputo
qui diuino cultui licet assistant. scele-
ribus tñ vsquequaq; pleni sunt. qua
le enim pōt borū esse obsequiū. Regi
enim nō placet iniquus seruitor. qūo
ergo deo placebit iniquus peccator
tales enim ꝓfanatores videnł san-
ctuarij dei. Unde ouidi. li. epłarum.
Pone deos ꝛ q̄ tangendo sacra pro
fanas nō bene celestes impia dextra
colit. Rursus redarguendi hij appa-
rent in diuinis sacrificijs qui se inge-
runt: altaribusq; sacris temerarie se
iungunt contra quos tibullus lib. ij.
Uos quoq; abesse ꝓcul iubeo disce
dat ab aris cui tulit hesterna gaudia
nocte ven⁹. itaq; veteres deos suos
colebant. Et ꝙꝙ erroribus subiace
rent: apud omnes tñ famosum erat
deos debere coli dicēte pho. Dijs nō
possumus aliud reddere cōdignum.
Jlli ergo qui fidē ꝓfessi sunt deū po
tissime venerari debent. Sed quere
res q̄d deum colere sit aut qūo vene-

rari debeat. Attende queso quā diuinus cultus oratione perficitur. vnde porphirius. Deus omnium pater nullius indiget: sed nobiscum bene est cum per iusticiam et castitatē eum adoramus ipsam precē ad eum fundentes per imitationē et inquisitionē de ipo. Inquisitio enim purgat, imitatio deificat affectionē ad ipm optando. vn didimus ad alexandrum. Verbo deus ppiciatur orātibus quoqꝫ dei solum est cū hoīe suaqꝫ similitudine delectatur. Illis enim sermonibus apparet quod deum colere ipm orare ē. vnde teste valerio li. vij. Socrates humane sapie oraculū cōgrue dixit. a dijsqꝫ immortalibus nihil petendū esse arbitrabatur: nisi vt bona tribuerēt eo quod sciūt quid vtile nobis. Cuius cōtrarium faciūt hij qui certa munera deū orando petunt: seqꝫ nō credūt exauditos nisi habeāt id numero quod postulant. Diuine enī prudentie remittere singula tenentur. sperando id deū facturum quod melius erit: iuxta plibatū socratis documentū. Rursus plures ignorātes aut voluptatibus excecati deo supplicāt vt eorum impietati coadiuuet: vt etiā vires prestet quibus sua mala exercere possint. O quam stulta depcatio a iusto iudice petere scelus deūqꝫ putare pscium malorum. vnde antenedorus stoicus. Nihil inquit deum roges. nisi quod possis rogare palam. et iuuenalis. iiij. satyra. i. Si cōsilium vis permittes ipsis expēdere numinibus quid cōueniat nobis: rebusqꝫ sit vtile nostris. nam pro iocundis aptissima queqꝫ dabūt dij. Carior ē illis homo quam sibi. et subdit Orandum est vt sit mens sana in corpore sano. Fortem posce animum mortis terrore carentē. Qui spacium vite extremum inter munera ponat. Nature qui ferre queat quoscūqꝫ labores. Nesciat irasci cupiat nihil et potiores herculis erumnas credat: saneqꝫ labores. Et venere et cenis et pluma sardanapali. Nos igitur fideles deum colamus et deprecemur quoniam teste ouidio primo de arte Flectitur iratus voce rogante deus et li. de ponto. Confugit interdum tēpli violator ad aram nec petere offensi numinis horret opem: quia scilicet veteres offensis numinibus veniam poscebant. Deo igitur peramplius id faciendum est: quia ipius inestimabilis pietas et potestas. Sed parum cultus et oratio prosunt nisi cor sentiat quod exprimunt voces. Unde prosper li. epigrā. Laus verace deo depromitur ore peccantis. Si qua falsa voce fluunt intima cordis habēt. Qui dedit vt querat addit vt inueniat. Sed deus effectum precibus nō pstat iniquis. Quem bonū sine fine bono psistere repto. Querere nō habeant talia vota modum. Nam qui se nullo iā munere credit egere. Crescere non cupiens perdit adepta repens. Que verba nil aliud sonāt: nisi

si q̄ vir catbolicus iugiter deuz ora re debet: et non existimare q̄ nullo egeat: q2 sic opinari p̄sumptio et non oratio est. Ut autez orationi fideles melius vacare possint: sacris diebus cultus p̄cipitur exbiberi: vt que ceteris ferijs bomo p̄termisit diebus sup pleat colendis. vnde sene. ad lucilluz ep̄la. xviij. Festiuis maxime diebus aio imperandum est: vt a voluptatibus maxime abstineat. ouidius li. de fastis. Prospera lux oritur linguis animisq3 fauete: lite vacent aures in sanaq3 protinus absint: q2 scilicet diebus sacris paci et orationi est insistendum. vnde tibullus li. ij. Luce sacra requiescat buius requiescat orator et graue suspenso vomere cessit opus. et subdit. Omnia sunt op̄ata deo nō audeat vlla lanifica pensis imposuisse manuz: itaq3 nullus opibus sacris diebus intendere debet. Absit tamē vt credat aliquis ab opibus pietatis se fore excusatum. Nam qui pietatē p̄termittit iniquus est. nullo autē die inique agere licet. vnde p̄sper in epigram. Non recto seruat legalia sabbata cultu: qui pietatis opus credat in bijs vetituz. Nulla dies actus bominuz nō dānat iniquos. Omnia cōueniunt tēpora iusticie. Ex quibus oībus cōcluditur q̄ sacris diebus sic a labore est desistendum: vt pietatū munera nō p̄termittant. Naz in bonis opibus cult⁹ dei maxime seruat.

Ca. iij. de idolatria et de nominibus deorum et dearum.



Veteres deum inquirere nequientes in quāplurima turpia delapsi sunt. vnde quia deum verum nō cognouerunt. ideo finxerunt deos simulacbra depinxerunt. sic enim legimus bermetem statuas posuisse. Egyptius quoq3 deos posuit ab bominib⁹ productos. Pompilius quoq3 deos fabricauit: quos secum sepeliuit. Alij quāplurimi deū inquirendo narrauerunt: vt narrat augustinus. xiiij. de ciui. dei. Horuz igitur tbeologia nō est ipsa quam fides profitetur: sz ipsa est fabula que sub specie doctrine falsissime colorare conantur: vt tāgit augustinus. xiiij. de ciuitate dei: allegando marcum varronem. Discant igitur cbristiani boruz assertiones detestari quorum studium fuit nouos excogitare deos: varijsq3 ornamētis figmentare sollicitati sunt. Nempe dixerunt barbatū iouem imberbem mercurium saturnum senem et faustuluz floribus preesse crediderunt. Innumerabilibus superstitionibus deos perscrutati sunt; quorū omnium pater fuit ninus rex assiriorum idolatra p̄mus de quo refert petrus comestor in bystoria scbolastica. Refert inq̄ q̄ cum fuisset mortuus belus pater nini. Tunc ninus ad sub leuamen doloris imaginē p̄ris fecit Cui imagini tanq̄ deo reuerentiaz

exhibebat, aliosq; exhibere faciebat. Quinimo ad se venientibus indulgebat: si qd mali egissent dūmodo pris imaginem reuerebatur. Dicta autē fuit prefata statua aut imago bela nomine patris nini q̄ belus vocabat. Cuius rei occasione alienatões statuas erexerunt: et iuxta sua ydiomata nūcupauerūt. vnde apud aliquos fuit bel. apud alios baal. aliqui baan alij belphegor: alij belsebuch accepe runt: vt dicit isido. viij. ethimo. Rursus apud egyptios isis: apud chretā iupiter: apud mauros iuba: apud latinos faunus: apud romanos quirinus: apud athenienses minerua: apd samum iuno: apud paphos venus: apud lemnos vulcanus: apud naxos liber: apud delos apollo. Rursus apud romanos esculapius deus medicine nuncupatus. Babilonij quoq; bel idolū acceperunt de quo superius. Et greci complures precipuū deum ortorū nuncupauerūt. Belsebuch quoq; de quo supius fuit deus in acharon et interpretatur de⁹ muscarū nā zebuch musca est. Hij ergo sunt dij de quibus pphēta. Quoniā oēs dij gentium demonia. Rursus que legimus cōmemorem⁹. Legimus eni q saturnus origo deorū a paganis designat. et ideo saturnus dictus est a tpis lōgitudine seu a saturitate annorum: qr ipm antiquissimū ferunt de quo etiā fertur q filios suos deuorauit: patrisq; celij abscidisse genitalia fertur. Alij quoq; dicūt q ex suis genitalibus in mari proiectus nata est venus. Ceterū alij iouem a iuuando dictum patrē deorum appellant ipmq; optimū referunt. Et qnq; fingunt taurū eo q europam rapuit. taurus enim maxime libidinosus est. qnq; etiam ipi fingunt eum aquilā modo serpentē modo agnū fm varietatem eorū que fecisse creditur. Ceterum alij dicunt ianum celi ianitorē seu ianuā deusq; facies ipē habere ferunt et ex cōsequenti bifrōtem ipm appellant. Ecce qualis deus monstruosus est. Alij quoq; neptunū deū aquarū pdicauerūt. alij dicunt vulcanū deum ignem. Unde vulcanus quasi volicanus: qr sua velocitate fertur volasse per aera more ignis. De isto dicit omerus q fuit pcipitatus de aere in terram. et exinde fulmina oriri putant. Ipse etiā vulcanus de femore iunonis fingit natus. Et fertur claudus more ignis q̄ nunq̄ recte: sed curuatim mouebat. ceterū alij plutonē deū affirmauerūt quē latini vocāt diespitrem. Alij vo orcū ipm nūcupāt. et fert receptator mortuorū deusq; īferni apoetis fingit alij q; liberū depinxerunt more mulie bri delicatum et deū libidinis ipm descripserunt. Sed quidā dicunt q ipse nō libidinis: sed potius deus vini nūcupat qui alio nomine bachus dicitur: ferturq; cornutus et corona vitrea coronatus. Insuper alij fin

gunt mercurium pennas habere fertur que deus sermonis et eloquentie. vnde mercurius sermo est. Pingitur que mercurius cū capite canino: et alias in capite et pedib9 habuisse fertur. furti que magister credit. Insuper alij dixerunt martem deū belli. Apolinem deū medicine: qui etiam phebus sol vł titan appellatur. Ceterū vltra deos alij deas elegerunt. quidam enim dyanam quā dicunt binā atque virginem susceperunt. et dicitur dyana. quasi duana eo quod die et nocte apparet. et alio nomine lucina vocatur. Alij aūt cererē in deam elegerunt per quā terrā intellexerunt quā dixerunt magnā matrem atque vehi in curru cum tympanis et cymbalis. Alij autem mineruam vt dictum est. Elegerunt vt athenienses qui eam dixerunt multorum ingeniorū inuentricem. Et dicunt eam de capite iouis natam: in cuius pectore fingunt caput gorgonis. Alij aūt elegerunt palladem que pallantem gigantem sic dictum interfecit. Alij elegerūt venerem vt superius dictum est. Rursus gentilium aliqui cupidinē que dixerunt deum licet videatur nomē femineum: et hunc depinxerunt sub forma pueri: et dixerūt ipm deum fornicationis. vnde et sagittam et facem tenere fingitur: quia lubricus amor more sagitte vulnerat: et more facis inflammat. Ceterum greci dixerūt pan deum rusticorum quē latini vocant deum siluarum: et hunc fingunt habere cornua ad similitudinem solis et lune: rubet que eius facies ad similitudinem etheris. Et fert. vij. fistulas quibus armonisat: caprinas que vngulas habere legit. Insuper apud egyptios maximus deus fuit dictus serapis: qui cum primo fuisset rex argiuorum dicebatur apis: sed postmodum trāsuectus fuit in egytum ibique mortuus serapis appellatus est. Ceterū apud paganos faunus fuit deus sic vocat9 a faueo es: eo quod fauebat eis et futura predicebat. Hijs ergo delusionibus gentiles adheserunt fata que sua dixerunt deos et fortunam deam dici nō pretermiserunt: deas que aquarum nymphas appellarūt et deos quos in domo colebant dixerunt penates: deos que mortuorum manes nū cupauerunt. Itaque in suis erroribus perseuerantes viam veritatis ignorauerūt. Rursus posco vt errores delucidemus: natiōibus que diuisim ascribamus a caldeis incipientes de quibus refert nathor. quod caldei deum nesci erunt: sed elemēta et creaturas coluerunt: suos que deos custodientes statuerunt: ne a confinibus raperentur. Heu quales dij q custodia egēt. Ipsorum aūt caldeorum plurimi ignem posuerunt deum: eo quod omnia deuorare videtur: sed modica est ratio immo ridiculosa: quia saltem videre potuerunt quod ignis ab aqua extinguit. Ceterū grecorum errorē narremus

qui dicentes se sapientes stulti facti sunt. Elegerunt enim in deū saturnū comestorem filioruʒ iouem ſm eos adulterum herculē hebriosum. ecce quales dij. Ceteruʒ egyptij deteriores aīalia bruta coluerunt; vt ouem vitulum hircū ꝛ porcum coruū accipitrem vulturē aquilam cocodrilum lupum symeā draconem ꝛ aspidem. Itaqꝫ brutis occasione cuiusdā vtilitatis vł obsequij sacrificabant; vt tāgit tul. li. i. de natura deorū. de q̇bus ysaye. xliij. Facta sunt simulachra eorum bestijs ꝛ iumentis similia. Ceterum romani deos ineptos colebant dicentes eorū ope imperiū suuʒ dilatari: vt tangit aug. iiij. de ci. dei. Cū tñ gothorū gēs ipos opp̄meret idolis iuuare nequiētibus solo xp̄i nomine mediante euadere potuerunt. Nec mirū qui cū dij nō essent iuuare nō poterāt. vnde crisantus ad dariū Quomodo inquit possunt vobis eē custodes: qui cū nō custoditi fuerint: nocte a canibus vł furibus rapiunt. vnde aug. li. i. confessionū. Nonne ergo intelligo ꝛ tonantem iouem ꝛ adulteranteʒ ꝛ vtiqꝫ nō posset hec duo Veruntamen gentiles eorum deorum testantur illecebras in quibus confidunt. Horum autem fabalis socrates ꝛ plato non adherentes deum summum ꝛ vnum cognouerunt.

Capitulum quartuʒ quomodo per fidem saluamur.



Ides est fundamentum legis ꝛ cōsequenter via salutis. vnde fidem q꞉ plures respuerunt. Ideo celestis glorie plenitudinē nō acceperūt Sepe fides xp̄ianos facit hēdes quā tñ multi respuerūt: sicut romani quodam qui infelices ꝑ fidem factos se putarunt. Alij vero fidē susceperunt sed ab ea recesserūt ꝛ alij fidē quam susceperūt retinēt: ſꝫ eius opa negligunt. Hec aūt oīa faciūt: vt liberi fiant serui: heredesqꝫ per tpalia reddūtur exules; q꞉ rō dominandi orta est ꝓ pctō: prout ait aug. li. x. de ci. c. xv. Nec tñ illa vera est romanoꝝ opinio qui per fidem infelices se factos dicunt. Reminiscant̄ queso illius hystorie quam narrat salustius apud eos autenticus quā etiā cōmemorat augu. iij. de ci. ca. xviij. Narrat enim ꝙ res romana seu ciuitas roma ante fidei susceptioneʒ a hannibale sic oppressa fuit: totqꝫ milites romani exercitus corruerunt ꝙ hannibal inuasor ipsorum tres modios plenos misit romanis in quibus tantūmodo anuli erant q̇ de digitis militū romanorū extracti fuerant: qui quidē milites oēs corruerant Quis eni casum grauiorem legit. nec tñ fidei xp̄iane quam nōdum nouerāt imputare possunt. Potiꝰ ergo studeāt imputare pctis: qm̄ vt ait aug. in suo tractatu de exordio romane vrbis: deus pmisit romanos flagellari: q꞉ seruus sci-

eius voluntatē dñi ⁊ nō faciens pla gis vapulabit multis. luce. xij. Nam in ignē ponit aurum vt purificetur: ⁊ cum tribula triticum purgatur. sic et enim puniti fuerunt vt cōuerterent. vnde iosephus iudeos alloquens sic inquit. Si vobis obest longeua persecutio: quid dicam ignoro: nisi quia scio ꝙ illis bene est cū quibus deus quasi diceret ꝙ si eis male est hoc iō eis accidit: q2 ipsos ꝓpter pctā deus deseruit. Quēobrem ipse iosephus egesippus li. vi. sic dicebat. Deus inquit vos deseruit: q2 pietatis cultum deseruistis: sperabatis enī dñm: sꝫ qui vos defendebat migrauit ad hostes q̄ aūt colebatis romani venerantur vos aūt offendistis. Hec enim verba diriguntur iudeis existētibus in captiuitate romanorū. vnde ibidem subditur. Non in multitudine sed in timore dñi abrahaꝫ penetrauit egyptum. dormiebat abrahaꝫ ⁊ torquebatur pharao. Moyses cōtra egyptios orabat. Josue gedeon ezechias nō virtute sed orōne ꝑualuerunt: qm̄ nō in multitudine exercitus belli victoria: sed de celo est fortitudo: vt dicit. i. machab. iij. ⁊ iudi. viij. Si deus nobiscuꝫ est: cur apprehenderunt nos hec oīa. s. mala quasi diceret ꝙ malum nō habent qui cū deo sunt p fidem. Quapropter aug. epl'a p̄ma Fidei xp̄iane impugnatores sic alloquitur. Qui enī ausi sunt fidem christianam impugnare; dent precor sine fide tales mites: tales ritus tales iudices aut reges quales xp̄iana lex cōmendat. Exhibeant ꝓ laboribus talem mercedē sicut fides ꝓmittit. Nostra siquidem lex cōtinentiam beniuolentiā iusticiā atq3 concordiam p̄dicat. Nunquid enim hec oīa bone sta sunt. Fortassis tn̄ ignara mēs fit querula cum illa audit rōnem quorꝫ ignorat: illacꝫ credere recusat experimento que non videt. Horum enim ignominiā redarguit aug. xxj. de ci. ca. iiij. dicens stultum fore eorū que credunt postulare rōnem: q2 in naturalibus plurima fatemur quoruꝫ rōnem ignoramus. Cur enī miraris si audis corp⁹ igne cremari nec tamē consumi. Nam sicilie montes vsq3 nunc ⁊ deinceps flammis estuant: ⁊ integri perseuerant. Non ergo consumitur omne quod ardet. Non est ergo incredibile hominum corpora sempiterno supplicio in igne puniri sine detrimento. Unde ibidem augustinus. Quis inquit nisi deus dedit carni pauonis: vt non putrefiat: quod tamen auditum incredibile videt. Accidit vt apud cartagine hec auis cocta nobis apponeret. de cui⁹ pectore seruare iussimus. hec tn̄ aliquid putredinis inuenimus. Unde post dies pluscꝫ triginta nulla corruptio inuenta est: nisi ꝙ aliquātulum corpulentic ficcioris ⁊ contractioris fuit. Quis inquit augustinus. Dedit palee; vt poma immatura

maturet: vl' vt obrutas niues seruet quid est q ignis cum pulcherrimus sit calore lignuz denigrat et lapides dealbat. quid est q aqua frigida q inimicatur igni calcem feruere facit. oleũ tñ quod magis est fomes ignis nulla sui pfusione feruere facit. Hoc eniz mirabile si de aliquã indie regione legeremus siue audirem⁹ et in nostrum expimentũ viuere nõ posset pfecte vl' mendaciũ putaremus vl' grãditer miraremur. Quid de magnete dicem⁹ qui ferrũ rapit. si tñ adamas ei iungat: tunc ferrũ quod rapuerat mox remittit. hec aug. Que oĩa hic adduxi: qr nõ est quorũdam experiẽtia eorũ que credunt nec minus credenda sunt expimento si careant. vñ genes. xv. dicit q abraham credidit deo: et reputatum est ei ad iusticiam.

Ca. v. de consolatione spei.



Spes consolat mentẽ et vires eleuat: labores patienter ferre largit. vnde seneca in hypolito. O spes amantiũ credula. et luca. li. ij. liceat spare timẽti. nã spes pbet opanti vires terminãdi op⁹. vñ ouid: li. eplarum. Spes bona dat vires: spes bona victa timore capit. fallitur augurio spes bona sepe suo. Ex quibus v̈bis apparet q spes bona consolidat operãtem qua deficiente tepescit. vnde tibullus li. iij. Spes fouet et melius cras fore semper agit. Itaq per spem sperant omnes bonũ eis affuturuz. Sed friuola spes est illorum qui bonum expectant quod mereri nõ student. galterus in gestis alexãdri magni. spes quam meritum propriũ nõ preuenit a spe deuiat et verum dat ei presumptio nomen. Cur enim in eo speras quod tibi meritis acquirere non vis Cur enim speras nisi desideres: et si desideras: cur nõ queris. Reuera nõ queris si habenti quod petis nõ subseruis. O q vana spes multorum est. Plures enim credunt deum propicium eis cuius precepta contemnunt. Alij quoq iuuentutis pretereunt dies absq operibus bonis et in diebus senectutis se bene facturos confidunt. Sed quis de longeua vita securus est. Stultus ergo est qui spem in vite sue diuturnitate ponit: et qui sub spe vite breuis alterius successionez habere confidit. Stultus etiam qui suis somnij spem adhibendo credit bonum affuturum. Quos omnes redarguit cato. Somnia ne res: nam mens humana quod optat dum vigilat sperat: per somnium cernit idipsum. Stulticia est in mortez alterius sperare salutem. Tempora longa tibi vite promittere noli. Quocunq ingrederis sequit mors corporis vmbram. Non igitur hec spes habenda est: sed illa de qua propheta. Beati qui sperãt in domino

spera in eo et ipse faciet. Plures aut in deo spem non ponunt: sed abiecta spe future glorie omne quod possunt hic gaudium licet vanum accipiunt. Dicit enim quintil. causa prima. Nihil esse difficilius quam differre gaudium quod vere est de his qui visa tantum modo credunt: et licite sperandis animas suos minime alliciunt. Dicunt enim illud ovi. iij. de tristibus. Denique non possum nullam sperare salutem Cum non sit pene causa cruenta mee Hoc enim plurimi dicunt; dum enim affligunt se causam habere omnes negant et quod pravius est de salute non sperant. Utinam dicerent illud ovidij li. de ponto. quamvis sit semper meritis indebita nostris. magna tamen spes est in bonitate dei. Nam teste sedulio in carmine pascali li. iiij. Nil difficile est conferre deo cui adest facultas; ut scilicet possit planare curua mitigare dura: et quicquid natura negat se iudice prestat. Et in carmine de mediatore. Hic homo qui deus est spes est antiqua: priorum spes in fine pijs hic homo que deus est: quia scilicet xps spes fuit antiquorum patrum. Est etiam spes finalis iustorum. Nam et ipse homo et deus est. Deus aut spes omnium confitetur. unde orator li. ij. Certe que humanum transcedunt gaudia votum: hoc facile est prestare deo cui muneris usus sit potior que nemo putat. Stulti ergo sunt qui se bona habituros diffidunt; ea si fecerint que debent, sed fortassis ideo confidentiam perdunt: quia incessanter cupiunt et quod possident perdere metuunt. Contra quos seneca epistola. v. ad lucillum. Apud catbonem nostrum inueni cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere. Desines inquit timere si sperare desieris: quia scilicet illi cum timore viuunt qui semper sperant ea que secura non sunt: nec sperant in eo cuius est prouidere cunctis Felices enim essent si spe pretermissa vanorum fiduciam totam in domino apponerent. Nam teste sene. epistola. xij. Ille beatissimus est et securus sui possessor qui crastinum sine sollicitudine expectat: dicente domino in euangelio. Nihil sollicitis sitis. Ve igitur illis quorum spes posita est in mundo. Labilis ergo et caduca: sed paupertas expedita est et secura: ut ponit seneca epla. xvij. Omnis enim qui confidentiam mortalibus prebuerunt maiori sue necessitati succurrere non valuerunt. unde narrat valerius li. vij. quod cum rex ganges vel secundum alios giges rex lydorum opulentissimus etiam ab appolline petijt: an aliquis mortalium ipso felicior esset; vocemque audiuit dicentem agilaum sophidum eo feliciorem. qui tamen agilantem pauperrimus erat: etateque senex: et tamen sui campi methas nunquam excesserat. Ratio vero cur felicior erat; hec est quia pauper iste securior. rex autem prefatus in fortuna timidior. ideo

Lucanus li.v. O vita tuta falcultas pauperis. et iuuenalis li.iiij. Cantabit vacuus coram latrone viator. ita quod in diuitijs spes nullatenus consti tuenda est: eo quod in ipsis nulla est securitas. Unde tibul. li.i. Diuitias ali us fuluo sibi cōgerat auro quem labor assiduus vicino terreat hoste. et subdit. Me mea paupertas vita traducat inerti dum mens exiguo luceat igne focus. Et ibidem li.ij. Non me regna iuuant non lidius aurifer amnis: nec quas terraruz sustinet orbis opes. hoc alij cupiunt liceat mihi paupe cultu securo vite munere posse frui. Que omnia cōcludunt nullā in terrenis fore securitatē. In quib⁹ tamen fere oēs spem suam constitue runt. quēobrem in spe falluntur sua. eo quod in bonis eternis cōsolationem sibi affuturaz nō prestituunt: in quo rum spe omnis consolatio solidatur

Ca. vi. de perpetuitate anime et de spe vite future.



Anima de nihilo creat et nō educitur de potē tia materie: vt plures putauerūt heretici dicentes aīam cum corpore generari naturali semine corru ptoque corpore corrumpi. itaque post hanc vitam nullam aliam sperantes lubricitatē atque voluptatē summaz felicitatē crediderunt. Cuius opinio nis fuit aristippus: vt in pluribus passibus narrat aug. de ciui. dei. De talibus loquitur tul. lib. ij. de tusculanis qōnibus. Uides inquit nō nullos pecunie cupido et glorie multos libidinum seruos. Et policraticus lib. vij. ca. i. Mundū dimēsi sunt nature varias scrutati sunt causas et quasi mola gigantea intumuerunt induxerūt quod bellum gratie dei. sed deiecti sunt dum alleuarent. vnde ad romanos primo. Deus illis manifestauit: et tū euanuerunt in cogitatiōibus suis. et obscuratū est insipiens cor eorū dicentes se sapientes stulti facti sunt. Mirum enim si phi post hanc vitaz naturali dictamine dicere teneantur aīam nō perpetuari. Mirum insup si post hanc vitaz alia nō debeat sperari: qr legebam nup aristo. li. de pomo dicētem aīam virtuosam suo deberi creatori cōiungi: hoieque viuente affirmant aiam incarcerari. Itē plato in thimeo dicit quod aīa ad hoc coniuncta est corpori: vt scias et virtutes feneretur. Si aūt venerit cum fenore magno a suo creatore benige suscipietur: si aūt nō religabitur ad inferna. Ex hijs ergo cōcludit quod naturales phi dicere tenent aīam humanam creari et de nihilo fieri: et ex consequenti ipam ppetuari. Pro cuius ampliori declaratione quattuor occurrunt rōnes. Prima rō est: qr anima intellectiua est indiuisibilis: ergo est incorruptibilis: ꝯsequentia clara

est:q2 indiuisibile nō potest alterari vł attingi ab aliquo co2pali ⁊ antecedens patet p aristo.iij.de aīa dicentem ꝙ intellectus est simplex immixtus ⁊ ꝑpetuus. Item patet rōne:q2 aīa intellectiua est locus spērum vt dicit.iij.de anima. Si ergo spēs locum nō occupāt vt deducit:sequitur ꝙ aīa est indiuisibilis in qua recipiūtur:q2 quicquid recipit in aliquo recipitur ad moduz recipientis. Sed ꝙ species nō recipiant occupatiue satis patet. Quis eniz tam ebes est vt dicat species seu ꝯceptus humanos locum occupare. Namq3 tunc dicere opo2tet virū multū sapientē nō posse sapientio2em fieri:q2 sui cōceptus totaz eius aīam occuparent. Itaq3 noui cōceptus non possent supaddi quod dicere ridiculosum ē.ideo dicebat acto2 sex p2incipio2uz ꝙ aīa nullum locum occupat. Secunda rō est q2 aīa libera est eo ꝙ habet liberum arbitrium:vt patet p boetium.v. de ꝯso. Ergo non subest influentijs supe2io2ibus:⁊ p ꝯsequēs nō est co22uptibilis. Naz si eis subesset:tunc etiā tanq̄ b2utum ſm diuersitatē influētiarum necessitaret:cuius oppositū experit. Ideo sene.in suis tragedijs li.iiij.narrat qualiter oīa entia naturalia in certi legibus stabilita sunt quas non possunt relinquere. homo vero nullas habet leges quas infringere nō possit. Concludamus ergo cum aristo.p2imo de anima.ꝙ anima seu intellectus est quid diuinum ⁊ immo2tale. Tertia ratio est:q2 anima seu intellectus reflectitur sup2a se q2 experimur ꝙ aīa cognoscit se cognoscere p actum reflexum quod nō pōt facere aliqua virtus seu potentia o2ganica vł co2po2alis.ergo aīa est res spūalis ⁊ ꝯsequenter inco22uptibilis.ideo dicit arist.iij. de anima ꝙ intellectus est separatus ab alijs potentijs sicut perpetuū a co22uptibili. Quarta ratio est: q2 iusticia est virtutum p2eclarissima:vt dicitur .v. ethi. Debet igitur maxime cōuenire p2imo enti.cum ergo experimur in vita p2esenti plures impios sublimari ⁊ iustos calūniari ⁊ opp2imi ponenda est vita post hanc vitam in qua iusticia vnicuiq3 fiet.alr̄s enim dicere opo2tet vniuersum per iusticiam nō regulari atq3 sup2emum iudicem iusticia non illustrari quod incredibile apparet. Ex hijs ergo ratiōibus cōcludere possumus animā esse perpetuam.aliamq3 vitam post istam debere sperari. Ex quo sequitur ꝙ anima de potentia materie non educitur: sed potius de nihilo creatur: vt p2ius notabat. Ideo dicebat themistius philosophus: ꝙ inter omnia miranda in rebus naturalibus mirandu3 est de anima. Hoc enim narrat commentato2 auerois p2imo de anima. His rationibus tamen non obstantibus:plures in speculis vanitatis mundum vt padisum elegerūt

qui similes sunt tygridi: de qua nar-rat plinius naturalis q a venatori-bus per specula frequēter decipitur. vnde venatores catulum suū sibi vo lentes auferre in via specula ponunt cuncꝫ venatores catuluz suū depor tant ipa tygris venatores insequit. sed in via specula inueniens in eisqꝫ suam similitudinē ꝓspiciens catulū suum putat se inuenisse. sicqꝫ catulū suum perdit ⁊ deportari permittit. Similiter faciunt mundi amatores qꝛ leticiā vanam cum habuerint pa-radisum inuenisse credunt: ⁊ ita catu lum scilicet animā eis collataꝫ dam nari permittūt. Unde venatores sci-licet demones humanā fragilitateꝫ cognoscentes eorum oculis specula mundane ⁊ humane vanitatis pre-ponunt: vt in eis delectari atqꝫ quie-tari studeant; celsamqꝫ felicitatē ac-quirere pretermittant.

Ca. septimum de charitate ⁊ bo na amicicia.



Micitia omnis boni exordium est si bona fuerit: tunc bona vero est; si inter bonos exti-terit. Alr̄s enim amici-tia nuncupari nō videtur: qm̄ amici-tia preciosissimum genus est diuitia rum. Inimicorum aūt fedus nō pre-ciosum sed vile est. Ergo amici fieri studeamus; amicitiaqꝫ in christo sit Tunc enim ꝓsperabimur in spiritu mutuis monitionibus ⁊ orationib⁹ ⁊ in corpore mutuis subsidijs atqꝫ adiutorijs tunc eadem erat volūtas idem desideriuꝫ. Quid enim melius aut optabilius bis. queobrem sene. epl'a. iij. dicit q vbi est idem velle et idem nolle: ibi dulcissimum ⁊ bone-stissimum manere est. quoniā cōcur-sus sensuum ⁊ vnitas voluntatū tan q̄ riuuli amicitie scaturisant. Unde ambro. iij. de offi. Custos inquit pie tatis est amicitia que facit vt superi-ori inferiori se exhibeat equalem: ⁊ in ferior supiori. inter enim dispares nō potest esse amicitia. Plurimum ta-men amicitia fallax est ⁊ in momen-to deficit. Et ideo ecclesiastici. xij. di citur q nō cognoscitur amicus in bo nis; nec inimicus in malis: sꝫ lex ami citie hec est: vt nō plus vl' minus ve-lit diligi q̄ diligat: vt inquit tulli. li. i. Nempe beatus augu. li. iiij. cōfessio num. verum amicuꝫ se habuisse nar-rat. Unde ipo mortuo plangebat eū dicens q perdiderat dimidiuꝫ vite. Et ibidem concludit q nō est vera amicitia nisi fuerit cōglutinata cha-ritate. Huius eniꝫ amicitie christus exemplū dedit. luce. xxij. dicens. Nō dico vos seruos sed amicos. seneca epl'a. ciij. Quēdam plangentē filiuꝫ redarguit dicens. Quid inquit face-res si amicū perderes: exquo paruu-lum incerte spei sic plangis: quasi di ceret q filio preferēdus est amicus

si verus fuerit. Sicut tamē dicit tullius li.i.de offi. In amicitia nulla pestis maior est q̄ adulatio et vitiosa simulatio que verum iudiciuz tollit et amicitiam adulterat. vnde aug.x. cōfessio. dicit q̄ amici adulantes amicitiam puertunt: et inimici litigantes plurimum corrigunt. Nec tñ amici sunt quoruz bona diuidunt: quoniā sicut dicitur .ix. ethi. et cōmentator ibidem. Amicis est anima vna et oīa communia. nec est amicus: nisi amico cor suum prebeat: vt ponit tul. vbi supra. et aug. ij. cōfessio. dicit q̄ amicitia dulcis est ꝓpter bonitatem animorum. et qui amicus est amico oīa cōmunicet. Prima tñ lex amicitie ē: vt ab amicis honesta petamus. inq̄t tul. vbi supra: vnde valerius li. iiij. capi. vi. de pluribus narrat quoꝝ vnus pro alio hostibus se obtulit. Itē narrat de duobus qui dicebanē damon et pithas qualiter cum dionysius tyrannus voluit vnum occidere alius exposuit se morti. quod cum vidisset tyrannus admiratus supplicium remisit. Nam et aug. iiij. cōfessio. de amico loquens dicebat. Nescio inq̄ an vellem ꝓ illo mori. Similiter eni legitur de horeste et pilade q̄ magis eligebant simul mori: q̄ nō simul viuere. Etenim si attendamus homo ex natura amicari debet: quoniaz dicit seneca li. iiij. de benefi. Hominem nō faciunt vngues, neq̄ dentes terribiles: sed nudus natus est: vt nulli videatur inimicus. et ibidem concludit q̄ societas dedit homini dominium aīalium et imperium gentium. His itaq̄ sermonibus patet q̄ vtilis sit societas atq̄ amicitia quaz plurimi veteres habuerunt. Unde fertur de duobus mercatoribus qui ita se dilexerunt: vt vnus eorum qui egyptius erat vxorem ꝓpriam pulcherrimam alteri amico relinqueret: eo q̄ ipsius amore languebat: quam tñ vxorem ipe egyptius nunq̄ cognouerat. In ꝓcessu vero tp̄is contigit egyptium ꝓpter homicidiū mori condemnari qđ sciens amicus qui beneficiū susceperat venit dicens se homidiuz fecisse: et loco illius se moriturum obtulit malebat enim ꝓ amico mori q̄ amicum mori irremuneratū. ideo sapiēs dicebat: si inueneris amicū fideleꝫ sit tibi sicut anima tua. Sed reprobandi sunt hij qui amicos querūt vt ab eis illicita obtineant. Uerūtamen teste tul. lex amicitie est vt nō rogemus turpia nec faciamus rogari. Sunt etiā redarguendi qui oēs putāt amicos. ideo sapiens. multi inquit sint tibi pacifici: vt vnus sit cōsiliarius ex mille scꝫ amicus tuus de quo attendas q̄ bonus sit. Nam maximū genus infortunij scias tibi contigisse si de ꝑuerso amicū facias: aut si amicū te habere putes cū nō habeas. Sed nunquid experimur malos frequentius ceteris amicari: feruētiorīq̄ federe sibiinuiceꝫ adherent q̄ plurimi

quorum fama virtuosa promulgatur. Verūtamen teste tulli.iij.de offi. In malis fictio est: in bonis vero amicitia. vnde aristo.viij. ethi. describens tres species amicitie ostendit ipsas cōsistere in triplici genere boni. Omnis ergo amicitia in bonis est. Vnde augu.iiij. cōfessionum. Statim post principiū dicit q nō est amicitia nisi inter habentes charitatē. Qui enim ex charitate se amāt: sunt de numero eorum de quibus hiere.ix. dicitur. Omnis amicus fraudulenter incedit. tales nō charitate sed vtilitate sepius federantur. iuxta illud ouidij de ponto Vulgus amicitias vtilitate probat. Quamobrem talis amicitia minime durat aut saltē necessitatis tpe: vt cōmuniter nō perseuerat. Verum naturalis amicitia bene pdurat. Nam declarat aristo.viij. ethi. Fratres se diligere mutuo debere: q2 eandem naturam cōmunicant. Et signanter illi q in xpo fratres sunt atq3 legem xpianam pfessi sunt. illi potissime diligere debent: qm frater qui iuuatur a fratre quasi firma ciuitas: vt inqnit scriptura. Narrat enim valerius li.v.c.v. q cum quidā miles in castris pompei alium quēdam militem interfecit ipmq3 iacentē spoliaret: statim vt suū fratrem germanū esse cognouit: deos de tanta impietate victorie criminari cepit. Vnde preciosa veste fratrem suum operuit mortuum: et protinus eodem gladio suo quo illum interfecerat pectus suum penetrauit: et super corpus fratris sui se pstrādo flāmis seipm cremādū exhibuit. Idē etiam narrat aug.li.ij.de ci.ca.xxvi. Insup valeri⁹ vbi supra narrat de fabio qui triumphum victorie sibi oblatum respuit: q2 frater suus in illo prelio ceciderat. Si ergo christiani ex lege et natura fratres sunt p seipis merito certare debent: nullaq3 discēsio inter fratres debet oriri. nam li.vij. ecclesiastice hystorie ca.xxix. narratur de duobus q ipi stagnum vnū commune habebant: sed concordes esse nō poterant. vnde bella mortalia q plurima commiserūt. Ad quos diuina puidente gratia greg. cesariensis peruenit: et videns fratrum furiam p modici stagni diuisione sic dicebat. Nolite o filij rationales animas vestras pro mutis animātibus scz pro piscibus violare: ne queso fraternam pacē cupiditas dissoluat. Et subditur ibidē q p orone fusa aque illius stagni euanuerunt: et vbi erat stagnum vsq3 in hodiernū diem campus habetur. Sic etiam ipe postulabat ne fraterna pax dilueretur. Insuper narrat pompeius li.ij. q xerxes se debere regem esse affirmabat: sed cū frater suus obsisteret ipsi pariter causam ariferno paterno suo cōmiserunt qui cognita causa xerxen preposuit: cuius frater contentus extitit. Itaq3 omne litigium sopitum fuit: muneraq3 sibi inuicem dederunt. Merito igitur in

crepandi sunt christiani qui pro simi libus tota die pugnant nec fratrē li- berare:sed potius inuadere petunt.

Capitulum octauum de vera amicitia ꝛ de eius vtilitate atq fide litate.



TEste tullio de amici- tia. Amicitia omnib⁹ rebus humanis ꝑpo- nenda est:nihilq ē na ture tam aptum tanq conueniens ad res prosperas vł ad- uersas quanta sit vis amicitie.ꝛ sub- dit. Est autē amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarū humanarumq re rum cū beniuolentia ꝛ charitate cō sensio. Idem tullius in rhethorica se cunda. Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerū illius ipsius causaq diligit cum pari voluntate. Exquo aperte apparet ꝙ amicitia paritatem semper pretendit. Unde secundus philosophus. Quid est a- micitia:equalitas animorum. Quid amicus desiderabile nomen:homo vix apparens infelicitatis refugium inde finēs felicitas. Nempe amicus raro inuenitur:in penuria ꝓpiciatur: et indesinenter amicatur. Als enim amicus non est. Aliqui autem ami- cos se dicunt cum bona dederunt q̄- dam:sed amicus non es:nisi teipum animumq dederis: Unde seneca li. vi. de benefi. Nescis q̄rum sit amici tie precium:si non intelligis te ei da- turum quem diligis. Rem seculis ra ram que non alicubi magis deest ꝙ vbi creditur abūdare:q: sepius cre- ditur amicitia magna vbi nulla est. Uerumtamen amicitie munus om- nium virtutum munera confert:et q̄ duo sunt ad vnum redigit: mirabili- ꝙ paritate dispares vnit. Unde cal- cidius in ꝓhemio super thimeo pla- tonis. Tanta vt opinor est vis ami- citie ꝙ parificat res ex se diuersas: cum alter ex amicis alteri voto com placiti operis administrat effectum nam amicitia multos dispares co- adunat. Nec tamen vera est amici- tia eorum qui quosdam stulte dili- gunt:atq volendo amicitie donum exhibere seipsos damnificant ꝛ con- cutiunt. quos redarguens catho sic ait. Dilige sic alios:vt sis tibi carus amicus. Sic bonus esto bonis ne te mala dāna sequantur. Talis igitur absit amicitia:sed vera ꝛ discreta nō pretermittatur:quia teste eodem ca- thone. Utilius regno est meritis ac- quirere amicos. Et hecaton stoicus quicquid profeci hoc est ꝙ amicus esse cepi. Nihil igitur amicitia vtili- us:nihil in rebus humanis desidera bilius. vnde quintilianus causa. viij. Non reperio in rebus humanis ali- quid prestantius amicitia. Et sub- dit. Quid enim fore humano ge- neri felicius: quam si omnes pos- sent esse amici. Omnia enim mala

discederent. Unde in prouer. sapientum dicit. Quid dulcius q̄ habere amicū cum quo omnia audeas: quez sic credas vt te. cui sic loquaris vt tecum. multi tales amicos habere voluerunt ꝛ ipi tales esse non possunt. vnde tul. li. de amicitia preallegato cōsimilem ponit sniam. Rursus pax amici ꝓdest: nisi amicorum cōstans ꝛ fidelis adhesio fuerit. vnde seneca in thieste quos verus amor tenuit tenebit. vnde augustus cesar amicitiā nō facile amisit sed cōstantissime retinuit: vt refert suetonius li. ij. Nam amicus nō est qui cito deserit amicum nec amicus qui de amico cito male iudicat. Tullius li. de amicitia boni viri ꝛ sapientis est hec duo tenere in amicitia. primum est ne quid fictum aut simulatuz sit. nam aperte odisse magis laudabile est q̄ occultare sententiam. Deinde suspitionis nō debz esse nec existimare aliquid ab amico esse violatum. Nempe cū suspicatur iam amicū habere nō arbitrat. Heu quot sunt verbales amici qui tempore necessitatis recedunt qui nullum diligunt nisi q̄tum beneficia suscipiunt. Cum valerius li. iiij. dicat sincere fidei amici precipue in aduersis rebus cognoscunt. In quibus quicquid prestat a constanti beniuolentia ꝓficiscitur. nam gratum beneficium est quod mercedis suspitiōe caret. Absit tamen vt aliquis credat amicorum occasione se peccare posse aut obsequēdo ea debere agere que prohibentur. nam teste tul. li. de amicitia. Nulla est excusatio peccati si amici causa peccauerit. nō debet ergo in malis amicus obedire amico. vñ valerius lib. vi. ca. iiij. narrat q̄ cum rutilius amico indigna petenti non obediret: tūc amic⁹ dixit. Quid mihi est opus amicitia tua si quod rogo nō facis. Cui rutilius immo q̄d mihi tua: si ꝓpter te aliquid inhoneste facturus sum. ideo catho dicit. Quod iustum est petito: vł quod videat honestum. Nam stultum est petere qđ possit iure negari. Non ergo exigit amicitia crimina ꝑ se mutuo cōmitti. nihilomin⁹ teste claudiano in maiori: multis delicta fuere nexus amicitie: qꝛ scilicet multi amicorum occasione peccauerunt. Hoc tñ absit qꝛ teste tul. de offi. amicis non tribuere qđ recte possis ꝛ tribuere qđ non sit equum cōtra amicitie officiū est. itaq̄ saluo cōscientie iure: amicus amico succurrere debet: ea postponendo que possessio cōtinet terrena. Unde sidonius li. ij. nō magis cordi esse debet aut voluptati ager cum redditibus amplis q̄ amicus aut vicinus sibiipsis equalis. Omnis enim amicitia paritatē pretēdit. Si ergo par est amicus tibi quomodo preponas amico tuas opes: si te sibi parē plus opibus diligas. Hoc enim si feceris nec paritas nec amicitia est. cum galterus in alexan. lib. viij. dicat q̄ inter

equales et iter pares est nodus amoris. Diligamus ergo animo equo amicumque moribus sanū eligamus: ne vitiorū eminente turpitudine amicitiam iure deserere oporteat. Nam quod honestū est amare natura postulat quod aūt obliquum diu diligere rationi molestū est. vnde tul. li. ij. de offi. qz inquit idipm quod honestum decorumque dicimus p se nobis placet. Idcirco illos in quibus hoc esse arbitramur naturaliter diligere cogimur. et li. de amicitia nihil est tam aptum nature tanque conueniens sicut amicitia. Sed hanc scio debere in solis bonis esse.. Sed precor vereantur qui vere amicitie fedus seruare recusant. Nam minime attendūt quomodo diligāt: dūmodo eius quē diligunt sub titulo pficiant nec attēdunt si bonus sed si diues et in obsequijs pdigus. Ea aūt que possident ipsorū ita sunt vt cōmunicare nō audeant: nisi cōmunicādo sua bona ampliari videant. amicorū tamē omnia debent fore cōmunia. Terentius in adelphis vetus verbum hoc est communia esse amicorū inter se omnia. et salustius in catilina. Idem velle: et idem nolle ea demum vera amicitia est. itaque etiā si quis a culpa vacuus in amicitiā prauorum incideret quotidiano vsu atque illecebris faciliter similis ceteris efficitur. Caueat ergo qui amat vt quem diligit bonus sit: in malo enim amicitia nō est. Unde idē salustius in iugurtino. Omnes eadem cupere eademque odisse inter bonos amicitia: et inter malos fictio est et nō amicitia. Quomodo eniz amicitia esset ex quo peccatuz eos copulat. Nempe vnum vitiū aliud trahit: et si auarus fuerit amicus: forte superbus erit: si aūt superbus ira superueniet: ecce qualis amicitia. nulla enim est ex quo pctō maculatur. Quis enim diuisit angelos amicos superbia. Quis fratres pmos: auaritia. Sic et plures qui putant amici similibus ex causis dissoluunt. Nam inter amicos debet fore charitas sine temeritate: cōmunitas sine cupiditate. vnde seneca epla. xlviij. Consortium rerum oīum inter nos facit amicitia. et subdit. Omnia cū amico cōmunia amicus habebit. Nam pithagoricorum opinio fuit amicorū oīa esse cōmunia et amicum esse alterum seipm: vt refert hiero. cōtra rufinum. vnde ouid. iiij. de tristibus Qui duo corporibus mētibus vnus erāt et loquit de amicis. et arator libro. ij. repellitur in diuersa trahens cum spiritus efficit vnum que vanitas ex cōcordia venit. Concordia vero in bonis est. vnde psper li. epigrā. Moribus iniusti pulchra est concordia pacis. O igitur posco inquiramus quo pacto queat vera amicitia vendicari. Audiamus ouidium li. iij. de arte ita dicentem. Ut ameris amabilis esto. dulcibus est verbis alliciendus

amor. Unde matheus li. de thobia. Est bravio dignus amoris amor. et hecaton stoic⁹ si vis amari ama. Ex quib⁹ apparet ꝙ nullo laqueo amor tam cito capit sicut amore qui obsequiorum dulcedine ꝯseruatur. vnde catho. Uincere cū possis interduꝫ cede sodali. Obsequio quoniā dulces retinentur amici. Jra odium generat cōcordia nutrit amorem. Sunt quidam qui ferre decet pacienter amicum. Jtaqꝫ mutuis patientijs amicabilis conuictus seruatur: verbisqꝫ beniuolis exhortatiōibus et iustis increpationibus inter sapientes amor solidatur. vnde tul. li. i. de offi. Uita victus cōsilia sermones exhortationes interdū: et obiurgationes maxime in amicitijs vigent. illaqꝫ est iocundissima amicitia quam similitudo cōiugauit nec mireris si libeat redarguere te amicū: q2 redargutio amore ꝓlata sapienti placet. Ceterū suscitemur cur inter homines amicitie non pareant. Aut enim hoīes sunt quales nō fuerunt: aut veteres sicut nec presentes se mutuo dilexerūt qđ absit. Quod igitur dicendum libeat nō occurrit nisi ꝙ imparitas voluntatum et distinctio desideriorū amicitie detrahit. Naꝫ teste oratio in suis eplīs. Oderunt hylarem tristes tristemqꝫ iocosi. Sedatuꝫ celares agilem gnauūqꝫ remisi. Potores bibuli: media de nocte valerni. Oderunt porrecta negantē pocula. itaqꝫ gulosi abcenos non amant nec lubrici castos. Quācbrem appetituū varietate confundit amor. Jmpijs ergo nō est fedus amoris exhibendum: eo ꝙ contrariū amori impedimentum habent. vnde plautus in aulularia. Cōuentus bachorum et ioca friuola nō quero vt amorē pariant: vtinaꝫ nihil odiosum darent. Talibus igitur ineptis desiderijs vere delectationi cōtradicit sepe. Rursus aīaduerti frequenter quosdā fore amicos nō hominum sꝫ munerū. Hij sunt sodales nō amicitie sed fortune de quoꝝ amicitia inquit sene. epl'a. ix. Qui vtilitatis cā assumptus est tam diu placebit ꝙ diu vtilis fuerit. Nam circa diuites amicorū turba circumsedet: sꝫ circa euersos solitudo est: q2 tales fugiunt amici vbi ꝓbantur. vnde varro in sentētijs suis. Si vis amicū experiri calamitosus fias. et quintil. cā xv. Nescis inquit an diligat cuius experimenta nō habet nisi felicitas. plures enim in felicitate diligunt. sꝫ adueniente infortunio disparent: q2 deest fortuna gratia cuius amabant boetius de ꝯso. iij. Quecunqꝫ felicitas amicuꝫ fecit: infelicitas faciet eē inimicum: nulla pestis efficacior ad nocendū ꝙ familiaris inimicus. Nā causa deficiente amoris nimirum si deficit zelus antiquus. Nam tarquinus exilio datus. tunc primo cognouit quos fidos habuit amicos. Jn prosperitate enim nō cognouerat: vt

narrat tullius li. de amicitia. De talibus ait ouidius li. de pōto. Vulgus amicitias vtilitate ꝓbat. Reuera tn̄ ꝓut dicit idē ouidius. Turpe se qui casum ⁊ fortune cedere amicum. Et nisi sit felix esse negare suum. vn̄ ipse ouidius in exilio positus lib. de tristibus suis amicis dicebat. Vix duo tres ve mihi de tot superestis amici. Cetera fortune non mea turba fuit. Illud amicitie sanctum ⁊ venerabile nomen. Re tibi ꝓ vili sub pedibus iacet. Donec eris felix: mltos numerabis amicos. Tēpora si fuerunt nubila solus eris. ⁊ petronius. Cum fortuna manet vultum seruatis amici. Cum cecidit turpi vertitis ora fuga O qualis amicitia reuera ficta ē nulliusq̄ ꝑcij nullaq̄ sollicitudine q̄renda ē. nam teste catho. Una dies q̄lis fuerit monstrabit amicus. Probdolor tamen vt dicit mathеus in li. de thobia. Fluctuat ad sensuꝫ venalis amicus egenū nec verus refouet nec fabricatus amor. Marcialis cocus hic quem mēsa tibi quē cena parauit amicum. Aprum amat ⁊ pullos ⁊ sumen ⁊ ostrea non te. Tam bene si te ner est noster amicus erit. Tales enī amici sunt empticij sermonibusq̄ tātummodo coniunguntur. Mente vero vel factis nimime adherent. vnde tullius libro. ij. Ne vos decipiant pendentia brachia collo. Ne capiat blanda sordida lingua prece: quia scilicet q̄ talibus cauendum est. Unde sedullius in carmine pascal. libro. v. Traditor immittis ferus proditor impie latro. Quid sanum simulas ⁊ amicum fraude salutas. Heu quales q̄ ficti amici. Nam presentibus fauent ⁊ post tergum insidiantur. Horatius in libro sermo. Absentem qui rodit amicum qui nō defendit alio culpante sodales fingere qui non visa potest commissa tacere qui nequit: hic niger est: hunc tu romane caueto. Nam cauēdi sunt qui nec secretum tenere sciunt: nec assistere laudibus nisi presentibus eis. Consimilium itaq̄ discedat amicitia quorum finis interitus est. Unde tullius lib. de amicitia. Precipiendum est bonis: vt si in prauoruꝫ amiticias ignoranter ceciderint ne existiment: ita se alligatos vt ab amicis in republica peccantibus non discedant: quia nulla tenenda est amicitia que recto nō coniungitur fini. Omnium autem finis deus est, gratia cuius cetera debent amari.

Capitulum nonum de correctione charitatiua.



Non est amicus qui peccantem amicum non corrigit. Amicicitia enim in christo esse debet: sꝫ nō est in christo: sic peccata libenter ꝑmittit. vn̄ catho Cūq̄ mones aliquē nec se

velit ipse moneri. Si tibi sit carus noli desistere ceptis. Quod nosti factum nō recte nolo tacere. Ne videare malos mutari velle tacendo. Vulnera dum sanas dolor est medicina doloris: q₃ teste oratio in ep̄l'is. Et neglecta solent incendia sumere vires: q₃ scilicet peccata nō correcta ꝺ facili crescunt. ideo tul. li. de amicitia Monend inquit sunt sepe amici et obiurgandi: sic tamen vt monitio acerbitate ꝛ obiurgatio cōtumelia caret: ꝛ tunc beniuole fiunt. Verūtamē mos est hodie plurium corrigi nolle Ipsis enim veritas est odium. iuxta illud terentij in andria. Obsequium amicos veritas odiū parit. maxima aūt in eo est culpa qui fraudem querit ꝛ qui sc₃ veritatē spernit. salustius in iugurtino. Odium querere extreme dementie est. Illi vero odiū querunt qui veritate audita correctiōis charitatiue sub pretextu impatiēter audiunt: nec reputant amorē nisi eorum faueatur etiam illicite voluptati. Verūtamen qui fidelis amicus ē a correctiōe charitatiua nō desistat. iuxta illud sene. ij. de clemētia. Malo inquit verbis offendere veris q̄ adulando placere. Verūtāmen correctio charitatiuā frequenter ab amicis pretermittit: atq₃ curam de alijs minime habent. Dicunt enim in cordibus suis: quid mihi quid alij agāt iuxta illud terētij. Ut quid aliena cures que ad te nō ptinent. Alij vo corrigere pretermittunt q̄ ipsorum amici suscipere correctionē recusant: sed minime recusare debent. Omni eni₃ tempore correctio bona est. Tunc enim beniuola dicit quando asperitati aliqua dulcedo miscetur. Unde in ꝑuer. sapientū dicit obiurgationi semꝑ aliquid admisceas blandiciei: zelūq₃ dei cōmemores ꝛ in te peccātibus miserearis. sed plurimoru₃ aures clause sunt: ꝛ veritatem ab amicis audire nequeunt. Utinam attenderent illud senece ep̄l'a. xxv. ad lucil. Mutua inquit emendanda sunt vitia nec amo illum si ꝓficere non curo malo enim mihi successum ꝛc. q̄ fidē deesse. ideo tulli. in orone pro celio. Admoneo enim te vt a rerum turpitudine caueas ꝛ ne in alterum dicas que cum dixeris dixisse erubescas. Sed quis audebit amicū aut aliu₃ redarguere. nam mundi tanta superbia est vt nullus redargui velit: non solum priuatim aut ꝑsonaliter: quinimo ea que publice dicunt in obprobrium delictorū plures male accipiunt: ꝛ ꝓ seipsis dici paralogisant. cōtra quos plautus in aluraria. Nemo inquit sibimet arbitretur dici q̄ nos dicimus ppl'o neq₃ sibimet cām cōstituet cōmunem ex loco. Aduertant aūt alios q̄ corrigere petunt: ne corrigendo ea tangant quē nouerūt corrigi nō posse. obstinatis enī predicare nō ꝓdest. Fortassis enī eorum pctā crescūt eo pacto q̄ cōmemorāt

⁊ peccandi voluntas ex reprehensione frequēter illis accrescit. iuxta illō ouidij. li. de ponto. Vulneris id gen⁹ est qđ cum sanabile nō sit nō contractari tutius esse puto. Curando fieri quedam maiora videmus vulnera: que melius nō tetigisse fuit. vñ idem li. ij. de tristibus. Eripit interdū modo dat medicina dolorem. itaq̄ correctio nō omni tpe ꝓdest: sed ꝑsona ⁊ mensura ꝯsideranda est. Ubi tañ quis amicū sentit corrigere nō desistat: etiam si moleste capiat quod ei dicit̄. Durus enim animus assiduis correctiōibus ad lacbrimā quādoq̄ inducitur. ipsiusq̄ furia correctionis acerbitate moderāda est. iuxta illud ouidij. i. de reme. Dum furor in cursu est currenti cede furori. difficiles aditus impetus omnis babet. ⁊ subdit. Impatiens animus nec adbuc tractabilis arte respuit: atq̄ odio verba monentis babet. Et ideo sequit̄ Aggrediar melius tunc cū sua vulnera tangi iam finet ⁊ veris vocibus aptus erit. Cum dederit lacbrimas animūq̄ impleuerit egrū. Ille dolor verbis ⁊ moderandus erit. Tempo ribus medicina valet: data tempore ꝓsunt. Et data nō apto tēpore vina nocent. Itaq̄ alium corrigere cupiens: ꝑsertim amicū tēporis opportunitatem querat ⁊ mediocrem acerbitatem obseruet: ne superbie signaculum aut rancoris maneriem continere viedatur: sed potius cbaritatiua ⁊ amicabilis perpendatur.

Capitulum decimum de pietate



Pietatem bumanā suadet natura. oēs enim bomines vnius nature sumus. quāobrem penes omnes pietatis opera sunt exbibenda. sene. in tbieste Nulla vis maior pietate vera est. q̄s cunq̄ enim verus amor tenuit: bos pietas tenebit: quasi dicat ꝙ bij alios nō amant nisi pietatꝫ officio eos confoueant. Attendamus enim qm̄ qui pius est: alijs pietatem ꝑ seipso impetrat. valerius li. v. ca. iiij. ⁊. v. bumanitatis dulcedo ⁊ infrenata barbarorum ingenia penetrat ⁊ bostiū oculos mollit ⁊ inter districtos mucrones placidum iter reperit. Nulla inquit acerbitate fortune: nullis sordibus preciū care pietatis euilescit. Unde ibidēꝫ narrat de muliere quadam ingenui sanguinis q̄ apud tribunal capitali crimine dānata trium uiro in carcere necanda tradita fuit: sed carceris custos misericordia motus nō eam ꝓtinus strangulauit prefateq̄ mulieris filiam ipam adire ꝑmisit. sic tñ vt nullus cibus ei exbiberetur. Existimans futuruꝫ vt inedia cōsumeret̄. Transactis ergo plurib⁹ diebus mirabat̄ carceris custos cur mulier nō moreret̄: sed curiosius obseruata filia aīaduertit: ꝙ filia suo

vbere exerto famem matris lactis sui subsidio laniebat que pietas iudicibus innotuit: et prefate mulieri veniam impetrauit. similisque hystoria de quadam alia filia ibidem narratur que patrem suum cimona consimili fortuna affectum paricque custodie traditum atque senissimum pariter gubernauit veniamque ei sua pietas conformiter impetrauit. Nil ergo magis propicium vt delictorum obtineatur venia quam pietatis exercere opera: prout charitas petit. Rursus idem valerius ibidem refert quod cum rex darius contra scythas impetum faceret: interrogauit eos per legatos quem finem fugiendi: aut quod initium pugnandi facturi essent: responderunt nec vrbes vllas nec agros cultos habere pro quibus dimicarent sed cum ad parentum suorum monumenta venissent: sciturum quemadmodum scythe preliari solerent. Quo dicto immanis et barbara gens ab omni ferta tis discrimine se redemit. Prima ergo et optima rerum natura pietatis magistra est que nullo vocis ministerio nullo vsu literarum indigens proprijs viribus charitatem parentum liberorum pectoribus infundit. Si enim quis etiam loqui nesciat: nihilominus a natura amare pietatem docetur. vnde valerius vbi supra. Quis enim plaustris vagos et siluarum latebris corpora sua tegentes in modumque ferarum laniati pecudum viuentes: sic dario respondere docuit: quasi diceret quod natura que doc et pietatem inuenire: et si non verbis: opibus tamen. Que quidem natura filium cresi loquendi vsu defectum ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Nempe inter omnes pietas esse debet et signanter si consanguineitas aut parentela habeatur. vnde statius tebaidos lib. x. Prolis amor crudelia vincit pectora. et tul. rheto. prima. Pietas est per quam sanguine coniunctis patrieque beniuolis officium et diligens cultus tribuitur. vnde petronius. O maxima rerum pietas bonium tutissima virtus que pietas in hoste probatur: vt inquit ouidi. iij. de tristibus. His ergo attentis erubescant fideles in quibus modica vel nulla pietas est. Fortassis enim gentilium prelibatam pietatem non imitantur: quia non solum pietatem negant hijs quibus inimicantur: sed etiam quibus se amicari iactant quod fecisse veteres tyranni leguntur. Ualerius enim vbi supra ca. i. narrat quod cum quidam adolescens accensus esset amore filie pisistrati: athenienssium tyranni in publico obuiam sibi factam osculatus fuit. prefati ergo tyranni suadebat vxor vt capitali supplicij puniretur. Cui tyrannus si eos inquit qui nos amant interficimus: quid hijs faciemus quibus odio sumus. Hec enim vox ex ore tyranni de humanitate manauit. In hunc itaque modum filie tulit iniuriam: ac multo laudabilius suam. Rursus de eodem tyranno refert valerius vbi su

pra q cum trasippus eius amicus inter cenam sine fine couiuio eum lacerasset et insuper concitate temulentie impetu euectus os eius sputo respersisset: nec tamen in vindictam sui valuit eum accendere. Quinimo suos filios violate patris maiestati subuenire cupientes retraxit: posteroque die trasippo se humiliante in pristinum fedus amoris eum sibi reconciliauit. Ceterum idem valerius de pirrho rege refert: q cum audiuisset quosdam in couiuio tarentinorum turpia de ipso loquentes percontari cepit a quodam qui conuiuio interfuerat: an talia de ipso dixisset: qui respondit. nisi inquit vinum nobis defecisset: ista que tibi relata sunt pre hijs q de te locuturi eramus lusus ac iocus fuissent. Quo dicto tam vrbana crapule excusatio veritatisque simplex cofessio iram regis couertit in risum. prefatique regis clementia obtinuit: vt et tarentini sobrij gratias sibi agerent et ebrij bene precarentur. Audiamus ergo pietatem id adeptam fuisse q crudelitas obtinere non solita est. Illi ergo se homines non dicant qui pietatem humanitati debitam non habent: nec debet putari magnitudo animi virtus sed crudelitas si comes non fuerit pietas. vnde tul. li. i. de officijs. Porro magnitudo animi remota pietate et coniunctione humana feritas quedam et inhumanitas est. et idem libro. iij. Sicut quedam membra amputantur si languere et spiritu carere ceperint ne noceant reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas et immanitas belue a comuni tanquam humanitate segreganda est. Nam pietate conditio humana obseruatur et indignatus. homo mitigatur. Nam teste horatio in epistolis. Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit. His ergo concludatur sermonibus: charitatis opus pietatem esse: naturamque pietatem querere.

Ca. xi. de pace et concordia.



Charitatis filia pax est nec mutuo cari sunt: qui concorditer non viuunt. vnde tul. philippica secunda. Nullum armatorum presidium est nisi beniuolentia et charitate sit susceptum. nomen certe pacis est dulce et ipsa res salutaris: nec est aliud q tranquilla libertas. Illa tamen non est reputanda pax que vitijs consentit. vnde sene. li. de moribus. pacem habeto cum hominibus cum vitijs bellum. et fulgen. li. mitologiarum ij. Sapientes viri maiorem cum vitijs q cum inimicis pugnam gerunt. Nunquid ergo lamentandum occurrit: si vt plurimum pacem se habere dicant, hij quorum volutates psentanee sunt in malum. Quomodo enim pax erit vbi princeps discordie diabolus regnat. quomodo etiam pax est tecum: si tua voluntas tue rationi contradicat. si aliud vis et aliud

te debere velle iudicas. In nullo enī scelere pax est. Rursus pacem habe- ant qui rempublicam prospere rege re petunt Nam teste salustio in iu- gurthino. Concordia parue res cre- scunt discordia maxime dilabuntur. ꝛ varro in suis sentētijs. Alit autem concordia mores: ꝛ cohabitantium animos format. Sapienter igitur rempublicā nō regunt qui nō nisi pre lia querunt. Non sunt enim queren- da prelia nisi vt pax melior habeat. Qui autē bellant vt pacem habeāt nō discordiam sed pacē querunt: q2 si pacem haberent vtiq3 non pugna rent: eorum aūt pugna via pacis est. Qui vero pugnant pace nō intenta dissipatores cōmunitatū sunt. Unde tul. li. i. de officijs. Quare inquit su- scipienda quidem sunt bella ob eam cām vt sine iniuria in pace viuat. ita q3 bellum suscipiatur: vt nihil aliud nisi pax haberi videatur. vnde didi- mus ad alexandrum. Nos bella nō gerimus: sed pacem moribus nō vi- ribus cōfirmamus: sola fortuna est aduersus quam sepe pugnamus: et semper vincimus. itaq3 nō contra pa cem sed cōtra fortunam pugnabant sic enim pugnantiū sc3 contra pace3 praua intentio est. Unde merito a ve teribus mos vsq3 ad presentia tēpo ra habetur: vt nullis pugnare liceat nisi tractatus pacis precedat. Unde tempus ante pugnā prefigit in quo pars vna alteram alloquit. si autem pax inde haberi nō possit prelium cō sequitur. Si qui aūt ad huiusmodi tractatum se flectere noluerint arbi- trando se omnia obtinere posse nimi rum si casus cōtingat illis. vnde iuli- us celsus in libro de bello gallico ipi us cesaris libro tertio. Inter duos inquit bellantes hoc vnum tempus agendi de pace est: dum sibi vterq3 confidit: q̄ si alteri paululum fortu- na tribuerit: vix vtetur cōditionibus pacis qui superior videtur: nec equa parte contentus erit qui omnia cre- dit se habiturum. Sed proculdubio qui pacem abnegat iure meretur rui nam. Ille tamen pacem nō abnegat qui suo renunciare iure recusat. Ali- quando tamē vtiq3 melius est iuris partem relinquere q̄ sui occasione animas perdere: q2 pace nil melius est. vnde prosper in epigram. Omni bus in sanctis pulchra est concordia pacis. Spernuntur mūdi prelia pa ce dei. ꝛ lucanus lib. i. Heu qui bella gerunt. ꝛ subdit. Impia ꝛ eternā ru- perunt secula pacem. ꝛ ide3 lucanus li. ij. Omnima rerum discordia pacē turbat. ꝛ lib. x. Nulla fides pietasq3 viris qui castra sequuntur. Uenalesq3 manꝰ ibi: fas vbi maxima merces: q2 sc3 plures armigeri: oē illud repu- tant eis licitū qd̄ est lucribundū. Ab sit igit discordia q̄cūq3 a nobis q2 te ste catho. Ira odiū generat ꝯcordia nutrit amorē. ꝛ prudētiꝰ pax plenu3 vrtutis opꝰ pax sūma laboꝝ pax belli

exacti preciumq periculi. nil placitum est sine pace deo: nec munus ad aram et subdit. Omnia perpetitur patiens atque omnia credit. nunquam lesa dolet: cuncta offensacula donat. Ex quibus apparet quod vir sapiens est pacificus. Viri autem pacifici munera deo placent litigatorum nunquam.

Capitulum duodecimum de vero et ficto amore.

Dilectio ficta vel decipere querit: vel saltem obsequi non intendit: quicunque tamen fuerit fictus amor proditione suspectus est. Absit ergo talis sed verus amor assistat: quia singula verus amor iungit: offensas mutuas cauet. obsequia quoque impendere facit. virgilius in bucolicis. Omnia vincit amor: et nos cedamus amori. Et virgilius de amore loquens ait. Quis non mortalia pectora cogis improbe amor. ouidius in epistolis. Res est solliciti plena timoris amor. Credula res amor est. auribus interdum voces captamus. Nempe qui amat sollicite placet et nocere timet protegere querit. Unde ouidius libro sine titulo. Felix qui quod amat defendere fortiter audet. Quid non amor improbus audet: vt ponit idem ouidius li. de fastis. Pauci verumtamen bene amare sciunt Raroque verus reperitur amor: quoniam amare et sapere vix a deo conceditur vt ex prouer. sapien. colligitur. Plures etenim ideo amant: quia precium ex amore sperant. tales autem non homines sed eius munus diligunt: quia vt ponit ouidius li. preallegato de fastis. non querit precium vitam qui debet amare. et prosper in epigram. Ancipitis vite qui vis superare labores. dilige quod semper verus amor habet: quia scilicet homo debet contentari de eo quod amicus habet nec debet pretermitti amor si munerum copia desit. vnde teste sidonio in suis epistolis. lib. v. Perfecta dilectio non tam debet recolere quod officiorum soluerit quam meminisse quod debeat: quia scilicet perfecta dilectio beneficiorum quantitatem non cernit sed voluntate contentatur. nam teste matheo in thobia Gratia dum nubit nature tunc fructus amoris plenior est. Nullus enim amor melior quam ille cuius radix non est cupiditas sed gratia que vtinam in christo terminetur. vnde sedulius. Fortia vincla dedit peccati seua potestas Dulcis amor christi fortia vincla dedit Sed proculdubio quamquam teste philosopho omnia bonum appetunt. plurimorum tamen in est non christo sed vitiis amor. nam in quibus nutriti sunt hec diligunt omnes Si habeant ergo mali quod diligunt abutuntur amato. si autem careant tunc vitiorum flamma grandiori estuat amore. vnde et qui paupes quandoque sunt absentia bona auidius cupiunt: et qui venereis actibus imposterum coinqui

nari expectant, ferventiori amore licet pravo anhelant. ouidi.iij. de arte: Mora semp amantes incitat. et lib. iiij. metba. Tempore crescit amor: q magis tegitur tanto magis estuat ignis tc. et idem li.vi. Nec capiũt inclusas pectore flammas. Iste ẽ mũdanorum amor qui nõ clarescere: sed pallere facit. iuxta illud ouidij primo de arte. Palleat omnis amans. hic est color aptus amanti. O vtinam a cordibus iste recedat amor: nõ soluz allicit sed inficit: pmo placet. Tandẽ displicet: magno labore vendicatur: et cum gaudio exiguo possidet. talis eniz est oium terrenorum amor. Discat ergo fidelis bona spũalia vere adamare. in quibus dum sperãt et nõ habentur est plenitudo desideriorum et cum possidentur est amplitudo gaudiorum. Rursus discant hoies mutuo se amare in xpo. Alius eni amor cito deperit. Experimur enim tot in seculo se pdicare amicos inter quos sola fictio est: qr eorũ amor nõ in xpo sed vanitate est. Amor aũt vanus semper est fictus et amor vanitatis mox decidere solet. Hoc enim amore liberi plures suos diligũt parentes: quorum mortẽ fictis lacbrimis plangũt: sed vitã eorũ nõ diuturniorem cupiunt: de quibus sene. epla. lxiij. Quis autem ferat hos qui negligentissime cum amicos habeant miserrime lugent: nec amant quẽpiam nisi perdiderunt. Ideo tũc effusius merent: qr verentur ne dubiuz sit an amauerint. De ipsorum lacbrimis inquit tullius nihil lacbrima citius arescit. et iuuenalis li.v. in satyra pma. Et maiore domus gemitu: maiore tumultu plãguntur numi q funera. nemo dolorẽ fingit: in hoc casu vestem diducere summã contentus vexare oculos humore coacto: ploratur lacbrimis amissa pecunia veris. itaqz tales amici non diligunt: sed diligere fingunt: nec lugent pro amico sed pro dãno flere vident et dolere: sed hoc faciunt voluntario more. vnde oui.ij. de reme. Ut flerent oculos erudire suos. et galterus alexandreidos. vi. Leue tibi lacbrime veniunt leuiusqz recedunt. et subdit. Impẽdunt lacbrimas miseris arcentibus illis: qr scz tales seipsos arcent et cogunt: vt fleant. vtinam tales seipsos primitus flerẽt eo q fingunt qd minime habẽt. horati in poetria. Si me vis flere dolẽduz est pmum ipsi tibi. Tristia mestum vultum verba docent. Nã hmõi ploratores stultis feminabus cõparantur. vnde catho. Femina dum plorat hoiem superare laborat. Audiuimus ergo reprobandũ amorem quoruz fletus pro amicis ficti sunt: et apparentes: sed eorum etiã reprobandus est amor quorum ficta sunt gaudia. De quibus tibullus. Heu q difficile est imitare gaudia falsa. Difficile est tristi fingere mente iocum. Non bene mendaci risus componit

dre. Non bene sollicitis ebria verba sonant. vnde sidonius in epistolis li. v. Quasi inquit quidam barbarism⁹ est morum sermo iocundus ꝛ anim⁹ afflictus. ꝛ tul. i. de officijs. Turpe ē valdeq₃ vitiosum in re seuera conuiuio digna verba aut delicatū aliquē inferre sermonē que omnia faciunt ficti amici in quibus nulla veritas est. Ualerius narrat de rutilo qui nolebat facere quod euȝ amicus suus facturum rogabat: q2 nō erat iustum. quapropter amicus hoc videns rutilio dixit. Quid mihi ergo op⁹ est tua amicitia quandoquidem id nō facis quod te peto cui rutilius. Sed quid queso mihi valet amicitia tua si propter te aliq̄d inhoneste facturus sum vnde narrat alfunsius qualiter vnus philosophus de arabia petijt a filio suo quot amicos haberet: cui fili⁹ respondit multos se habere: ꝛ tunc pater. Miror inquit q2 iam senex sum ꝛ in tota vita mea nō potui mihi acquirere nisi vnum solum. Petens a filio an ipē non magnum reputaret multos habere: ꝛ dicēs ei ꝙ bonum est amicos habere probatos: sed ante est probare ꝙ̄ amare. ꝛ ad probādum amicos precepit filio suo porcū occidere: ꝛ occiso in saccum ponere fingereq₃ hominem esse quem occidisset ꝛc. Idem alfunsius narrat de duobus mercatoribus vno de baldach: ꝛ altero de egypto simul manentibus in egypto: quorum egyptius volebat vxorem ducere: quam tamen ille de baldach adamabat: vbi vero hoc sensit egyptius vxorem ei dimisit cum dote sua: malens vxorē perdere ꝙ̄ amicum. Paulopost ille de baldach repatriauit secuȝ ducēs vxorem suam: ꝛ diues maxime effectus est. Alter vero in tantam paupertatem deuenit: vt hostiatim panem quereret: ꝛ panem querendo peruenit vsq₃ ad illum locū vbi ille de baldac manebat. ibiq₃ intrauit ecclesiā ꝛ eo dormiente ante ostium ecclesie homo quidā interfectus fuit: ꝛ dum homicida nō inueniret: ille per suspitionem captus confessus est homicidium: malens mortem obire quādiu tantam sustinere miseriam. Uerum ipm amicus suus d baldach cognouit dum ante iudicem adducebatur ad condemnandum alta voce exclamando ꝙ ipse interfecerat hominēȝ alter aūt ex opposito instabat se fecisse: quam pijssimam altricationem videns ille qui homicidiuȝ veraciter cōmiserat: compunctione tactus: et videns innocentes condemnari velle: narrauit veritatem: ꝛ iudex vbi factum scire compit ppt amicorum necessitudinem homicide indulsit.

Ca. xiij. de adulatione que est ficta amicitia.



Adulatio veritati inimica est ꝛ omnis adulator verbo vel nutu mentitur. ideo veteres sapientes nō solū

adulari: sed etiam adulatores nuncupari timuerunt. tul. in rhetorica. ij. Nolo eē laudator ne videar eē adulator. et socrates. Presentē minime laudare decet. Nam adulator ē diabolus blandus et syreni mortifere cō paratur. nam blandit̄ auribus et interitum querit. vnde seneca li. viij. naturalibus qōnibus: adulatoribus latus non prebeas. sunt enim artifices ad captandos supiores. Hoc enim habent adulationū blandicie ꝙ etiā cum reijciunt̄ placent: et ad id iam dementie venimus: vt qui parce adulatur pro maligno sit. Ipse tñ seneca adulari respuebat ipo dicente. bij de clemētia. malo inquit veris offendere ꝙ̄ malis adulando placere. Raro enim hec simul cōtingunt vt eadem vox sit dulcis et solida. teste ipo seneca in declamationibus. li. iij. Qui ergo sapiēs est adulatoribus minime credat. fictis enī sermonibus adulā tur homines: sicut ptextu pabuli hamo capiunt̄ pisces. vnde pretonius adulatores ficti cum cenas diuitum captant: nihil prius vł posterius meditantur ꝙ̄ id quod grauissimū adulatoribus putāt fore. Sidon. in epistolis li. iij. Sectator epularū laudabilem profert sniam: nō de bene viuē te sed de bene pascente. tales enim cum aliqd volunt prius laudāt postmodum postulāt. vnde varro in suis sentētijs. Adulationis species est cū laus postulationē precedit. Optinā tales ficti adulatores nō essent. nam errores in principibus generant suos ꝙ veneno suaui: aspidis more mori dormitando cogunt p suum venenū scꝫ orōnem blandaꝫ: quo veneno pasci diogenes recusauit. vnde narrat valerius maximus ꝙ diogeni olera lauanti aristippus dixit. Si dionysio adulari velles ista non esses. Cui diogenes. Si tu ita esse velles dionysio adulari non curares. Rursus pbus quidam dictus pseusippus q̄ fuit nepos platonis ex sorore adulatores contēpsisse legitur. Unde cuidam adulanti sic dicebat. Nihil inquit ꝓficis cum te intelligam. et merito qm̄ teste prudentio. latitat lup⁹ ore cruento: lacteolam mētitus ouē sub vellere molli. Nempe quicquid adulatores dicant. decipere nihilominus semper intēdunt quoꝝ impia verbositas in peccatis detinet multos. vnde prosper in li. epigram. Lingua assentatrix vitium peccātis acer uat: et delectatum crimine laude ligat. Mirum igitur cur sapiens talibus mendacibus credat. Sed mirabilius si quis ex laude sue turpitudinis gloriam accipiat quod hij faciūt qui ex peccatis gloriant̄. de quibus ꝓpheta. Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate. Horuꝫ enī gloria nimis vana est. Bonus igit̄ si fueris ne ꝓ mercede adulatorum mendacia suscipias. Si aūt peccaueris ve tibi: si adulatori credideris.

Absit enim vt alieno sermoni plusq̃ tue cõsciẽtie credas dicente catbone. Plus alijs de te q̃ tu tibi credere noli. Cuiuscunq; ergo gradus extiteris adulatorem respuas. vnde seneca. li. de quattuor virtutibus. Tam tibi triste sit laudari a turpibus q̃ vt lauderis ob turpia. Difficilimum tñ opus cõtinentie assentationes adulatorum repellere quorum sermones animum quadã voluptate resoluunt: nulliusq; p assentationem amicitiam merearis: nec alium tuũ obtinere sinas. et subdit. Non acerba sed blãda verba timeas. His tamẽ diebus adulatores pmouentur. licet policraticus li. iij. ca. i. dicat q̃ omnis adulator virtutis inimicus est sequelam babet: et tamẽ fraudem et pditionem semp intendit. Cum igit diliguntur tales et veraces odio babent: vtinam adulatorum cõsortia tanq̃ venenosa vitarent. Exemplo vlixis de quo refert seneca epl'a. liiij. q̃ claudebat aures syrenibus quibus adulatores intelligunt. Ideo idem seneca epl'a lxvi. Venit ad me p amico blandus inimicus scz adulator. Adulatio aũt cui fit ipm infatuat: vt dicit idem seneca epl'a. lxij. Quo igitur abijt magnatum sapiẽtia. Vocibus enĩ adulatorum infatuati sunt: si aũt sapientes existerent: adulatorum oleo non impinguerent. vnde pphera. Oleũ peccatoris nõ impinguet caput meũ super quo verbo dicit aug. Lingua adulatoris alligat bomines in peccatis. Quãobrem policra. li. iij. c. xiij. loquens augusto dicebat. Si deceptores istos id est adulatores istos exterminaueris deos te pcellere nõ putabis. Nam adulatores suis mendacijs boies mortales deificãt. bij enim sunt scorpiones facie blandiẽtes cauda percutientes: vt inquit bierony. epl'a. lxxxiiij. Absit igitur illud ezecbi. iiij. Tibi merito posse dici cũ scorpionibus babitas semper super quo verbo grego. li. i. omel. ix. Adulator tanq̃ scorpio palpando incedit sz cauda ferit: et sicut apis mel in ore gerit sed pungere querit. Et idẽ grego. moralium quattuor adulatores inquit lactant illos quos laudãt. sed attende quid sapiens puerbiorum. i. dicat. Si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. vnde isaye. iij. Popule meus qui te beatũ dicunt te seducunt. sup quo biero. Adulatores sunt bostes et scintille dyaboli. ppinant aũt pocula mortis. Quapropt alexander nequã li. de naturis rerum Adulationem vocat venenum melle mixtum. Hij tamẽ bominibus placent: quia blandicias licet mẽdosas exbibent.

Capl'm. xiiij. de bospitalitate.



Charitas exigit vt fratrem et pximum in bospitio suscipiam⁹. nam abrbaan bospitalitatis amator extitit. Unde

tres angelos quos credebat hoies benigne suscipiens refecit. Quamobrem meritis q̃plurimis apud deū claruit. Attendamus enim qm̄ ꝛ aīalia irrōnalia hospitalitatem habent: ꝓut ait ambrosius in suo exameron omelia.v. Discant ergo hoies hospitalia seruare iura. ꝛ ex quib⁹ cognoscant quid hospitibus sit deferendū que obsequia deputanda: quibus.s. hospitibus cornices pericula sua negare nō soleant. Unde ibidē narrat qualiter cornices ciconias sibi inimicas in hospitio recipiunt. ꝛ ideo christianis loquens ambro. dicit. Nos inquit hospitibus ianuas claudim⁹ q̄bus aues aīas suas ꝓferūt. Insup narrat policra.li.viij.ca.xiij. ꝙ infideles etiam ꝓprios hospites cōsueuerunt in hospitio suscipere. Unde apd eos lex habebat ꝙ qui hospiti negabat hospicium etiā vsq̧ ad quartum diem infamis erat. esto etiam ꝙ eēt hostis regionis vl' ciuitatis. si tamen vltra quattuor dies hospitem quis detinebat crimen incurrebat. Ceterꝫ li.vij.eccl'asti.hystorie.ca.xxviij.narratur quō sacerdos. qui erat custos idolorum ꝛ inimicus religionis christiane: nihilominus grego.epm gratis suscepit. Cuꝫ tamē grego. ab eo recessit: tunc sacerdos ille more solito ad suum idolum ibat: vt responsa ab eo haberet: sed cum nihil respōderet: sacerdos mltiplicabat victimas nec tamē ei proderat: qꝛ idolum semper tacebat. Accidit tamē vt de nocte demō sibi reuelaret qualiter grego. eps ipm de templo ꝓiecerat nec ingredi audebat nisi grego. eum licē ciaret. sed tunc ille sacerdos ad epm accessit supplicans vt ꝓpter hospitalitatem dānum non incurrat. Petebat igitur vt idolū suum loqueretur vt prius. ꝛ tunc grego. epl'am in hec verba scripsit appollini scꝫ dyabolo permitto tibi ad locum tuū redire et agere que cōsueuisti: quaꝫ epl'am detulit sacerdos ille: ꝛ tunc idolum mediante demone sicut prius loquebatur: qđ vidēs sacerdos: cogitauit qm̄ gregorius idolo suo fortio erat atq̧ ei impabat. Relictis ergo idolis ad gregorium cucurrit: ꝛ baptisatus in fide tm̄ ꝓfecit ꝙ in epatu sibi succedere meruit. Ecce q̄ bona hospitalitas que hospiti salutem ministrauit. Quapropter tulli.ij.de benefi. recte inquit: laudanda est hospitalitas: qꝛ valde est decorum domū hominum patere hominibus. Unde narrat ibidem de quodam qui symon dicebat' ꝙ hospitalitatem summe amauit: ꝛ suis subditis imperauit: vt hospitib⁹ de oibus prouiderent. ꝛ grego. li.ij. omel'.iij. dicit ꝙ hospites non solum sunt inuitandi: sed trahendi. Unde cassian⁹ li.ij. collatio.ij. narrat de quodam qui si per quinq̧ dies hospites nō habuisset: tunc refectionem suam deferebat: ꝛ in sabbato ad ecclesiam pergens: an essent aliqui peregrini di

ligenter inquirebat: et pietate motus humana hospiti prouidebat. Ideo prima petri. iiij. dicitur hospitales in uicem sine murmuratione. sene. iiij. de beneficijs. ca. xxviij. de quodā milite narrat: qui cum benigne fuit susceptus in hospitio cuiusdam fere tribus diebus tunc recessit dicens. Faciam tibi gratiam si me contingat videre dominum meum. Cum ergo peruenisset ad philippum regem macedonum: petijt sibi dari predia sui hospitis que sibi placuerant et suum hospitem expulit. cum tamē regi narrata fuisset militis ingratitudo predia iussit restitui priori possessori. scilicet hospiti. Amāda est igitur hospitalitas que tanta beneficia confert. Unde augustinus epistola. lxxvij. Omnes inquit sunt recipiendi ne boni excludantur.

¶ Sophologij liber quartus feliciter finit.

¶ Incipit liber quitus in quo agitur de quattuor virtutibus cardinalibus: et continet decem et septem capitula.

¶ Capitulum primum de vera iusticia.



Iusticiā sibi qui in suo iure: aut causa prospera fieri petit iusticie debet amator eē: vt scilicet vnicuique quod suum est reddat. iuxta illud ambrosi. Iusticia est que vnicuique suum reddit: alienum non vendicat: vtilitatem propriam non negligit: vt equitatem custodiat communem: que scilicet iusticia rectissime cardinalis dicitur: quia circa illam omnes alie versantur. Nec tamē iusticia valet in eo qui timet: ratione cuius timoris iusticiam facere nō audet. Tullius libro ij. de officijs. Nemo iustus esse pōt: qui mortem: qui dolorem: qui exilium: qui egestatem timet: aut qui ea que sunt contraria his equitati anteponit. Nempe iusticia est vna omnium domina reginaque virtutum: vt ponit idem tullius libro. iij. Fortassis iusticiam multi facere recusant: quia minas vel munera sentiunt. Hij etenim instinctum nature subuertunt: quia teste tullio libro primo de legibus. Nihil prestantius q̄ intelligi nos ad iusticiam esse natos. Non enim opinione sed natura ius est constitutū. seneca libro de quattuor virtutibus. Iusticia est nature tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.

Illi ergo vereantur in quorum manibus iusticia posita est.

eodem tamen pacto quo iusticiā de-
ferunt naturam ꝓpriam ꝛ alienam
offendunt: eo ꝙ ius ꝓximis non im
pendunt. Justinianus li. i. institutio-
num. Justicia est cōstans animi vo-
luntas ius suum vnicuiqꝫ tribuens.
Hugo iusticie opus est motus men
tis rōnalis qui ſm deū incedit a cor-
dis cōceptione surgens ꝛ foras vsqꝫ
ad actionem corporalem ꝓcedens.
Absit igit̄ vt quis iusticiam ꝓ mune
re subuertat: q2 teste tul. li. p̄allegato
de legibus. Justicia est obtempera-
tio legibus scriptis institutisqꝫ popu
lorum. ꝛ subdit. Idipsum aūt iustissi
mum est. iusticie mercedē nō quere-
re. Qui enim ꝓ iusticia mercedē que
rit iustus nō est: eo ꝙ staterā suis mu
neribus ex altera parte traberet. om
nes tamē quo ad iusticiā equales su
mus. Absit igit̄ vt ꝓpria cōmodita-
te quis seductus in iusticiam alteri⁹
faciat. vnde mercurius termegistus
Justicia inquit nihil est aliud ꝙ dei
vocatio. Et subdit deus qui hoīem
generat ꝛ inspirat omnes pares esse
voluit: eandēqꝫ viuendi cōditionem
oībus ꝓposuit: īmortalitatem: om-
nibusqꝫ spopondit: nemo apud eum
seruus est: nemo dn̄s: nemo pauper
est: nisi qui iusticia indiget: nemo di-
ues nisi qui virtutibus plenus est. ea
propter lactan. li. de vero cultu. Pri
mum iusticie officium est cōiungi cū
deo. Secundū est coniungi cū homi
ne: sed illud primū religio dicit̄ scd̄m
vero humanitas nominatur. Ita ꝙ
tam deo ꝙ ꝓximo iusticia debetur.
Judex ergo sic iudicet: vt deum non
offendat ꝛ ꝓximum nō iniuriet̄. Nō
est eniꝫ iusticia vbi crudelitas exerce
tur. Nempe cābises taꝫ seuerus fuit
vt iniustum iudicē excoriari fecerit ꝛ
sup iudiciariā cellaꝫ pellē eius iussit
extendi. filiumqꝫ eius ꝓ iudice sede-
re mandauit: vt iniuste iudicare timē
ret: ne simile iudiciū pateret̄: put nar
rat elinandus li. xv. Hec siquidē ma
gna seueritas fuit: q2 quāꝙ iusticiaꝫ
debuit iubere cōseruari. asperitas ve
rūtamē fuit fortassis iuber excoriari
Sua igitur sn̄ia quo ad zelum iusti-
cie sancta fuit. sed executione nimis
aspera: vt quidā affirmant. Quibus-
dam tn̄ alijs placet nimio rigore iu-
sticiam seruari nō posse. vnde valeri.
li. vi. ca. vi. narrat de zelanco ꝙ cum
filius eius ꝓpter adulteriuꝫ vtroqꝫ
oculo priuari deberet: ne lex quā edi-
derat ipsius occasione violaretur sibi
vnū ꝛ filio alterum oculos erui fecit
Et ita vidēdi vsum vtriqꝫ relinquēs
debitū supplicij moduꝫ legi reddidit
equitatis admirabili temperamen-
to se inter misericordē patreꝫ ꝛ iustū
legislatorē partitus. ecce ꝙ stricte iu
sticiam seruauerunt. Unde arbitror
ꝙtum ex me impiū iudicem quasi a-
spere nimis punire nō posse: q2 teste
ouidi. p̄mo de arte. Nec eniꝫ lex equi
or vlla ꝙ nescis artifices arte peri-
re sua. Nam iudex dāṅatur cum nc-

moribus obedire nō permittit. Rur-sus superbia homines reddit ingra-tos: dei hominūq; beneficia cogno-scere dissuadet. Quot sunt enim qui superbie timore seducti parentes fu giunt pauperes: a quibus bona pri-mitus susceperant. Alij quoq; suos magistros reuereri verentur a quib⁹ eorum doctrina exordiuȝ cepit. Su perbia tu facis vt homo seipsum ne-gligat beneficijq; accepti immemor fiat ꝛ ingratum eum reddis cui ma-xime congruit beneficij cognoscere suscepta: eo q̄ inest sibi ratio ꝛ mens qua singula talia cognosci possunt. Unde de ingratitudine loquens se-neca li. i. De beneficijs inter vitia in-quit maxima nil est frequētius q̄ in-gratitudo animi. ꝛ ibidem li. ij. Qui-dam inquit furtiue gratias agunt: ꝛ in angulo ꝛ ad aurem. ꝛ subdit. In-gratus est qui remotiȝ arbitrijs agit gratias. Et idem senece ad lucillum epistola. lxxxi. Nihil carius estima mus q̄ beneficiuȝ quo diu petimus nihil vilius cum accepimus quod est verum apud superbos: sed humiles bona suscepta cognoscūt: suaq; gra titudine vendicant amicos. Saul pascebat asinas ꝛ dauid oues: ꝛ ta-men reges effecti sunt. Constanti-nus ex pauperrimo postq̄ duxit he lenam in vxorem factus imperator. Quo abijt piscatio neronis qui pi-scabatur cuȝ retibus aureis. Ubi est

potētia pharaonis: vbi ciuitas troie vbi babilonia que tam famosa τ eleuata fuit. Quorsum abierunt agrippa τ iulianus quos fortuna ita alte erexerat. Stultus est igit̃ qui in talibus confidens superbit. Quid supbis o homo: an ꝑpter sapiam. Salomon nōne sapiens sed tn̄ idolatrauit. achitophel ꝯsiliarius dauid tādem laqueo se suspendit. Nōne sapiens catho se occidit τ democritus. Si propter pulchritudinez pulcher fuit absalon τ tn̄ suspensus ad arborem fuit. τ elephas propter pulchritudinem dentium sepe morti datur. Gamalion pulcherrimus in vita sed turpissimus in morte. Istud considerabat xerxes qui vidēs magnā multitudiuem dixit. Heu cito hec in cinerem redigent. Iouinianus ingentez diligentiā adhibuit τ multū labborauit vt regnaret: sȝ die illo quo rex eē debuit interijt.

Caplm̄. iiij. de superbia qualiter fugienda est.




Superbia est eleuatio indebita mētis qui iure meretur casum. hominē infatuat amicitiam sepat generat iurgia patientiaz tollit excessus suadet correctionē respuit eloquiū tumescere facit mores elatos reddit depcari dissuadet se flectere nō ꝑmittit: nullumqꝫ vitium magis ꝑprie demonibus hoīem equat. vn̄ plautus in aulula. Res nimiū singularis est hō supbus nō patiens. Naz supbi minores despiciūt maioribus inuidēt τ equalibus dissentiūt. vnde sicut ꝑuer. sapientū dicit̃. Cito fit ignominia supbi gloria. Nec tn̄ illos estimo superbos qui famulatū hoīm sic accipiūt ꝙ eos nō contēnunt. vnde sene. ad lucil. epl'a. xlvij. In hoīes iquit similes nobis supbiam nō agimus minimāqꝫ seruitutē exigimus. Veruȝ ꝙ corpus famulari ꝑmittimus sed nōminūs appreciamur. Ipsos enī fratres nobis natura eadē ꝑgenuit. Proh dolor tamen superbia de die in diez crescit. Illi quoqꝫ qui supbiores sunt nobiliores volunt nuncupari. iuxta illud salusti. in iugurtino. Superbie cōmune nobilitatis maluȝ est. hij enī ceteros rusticos vocant conditionisqꝫ seruilis: eo tamē pacto quo ceteris iniuriant̃ ignobiles se fore ostendunt. Nobiliū enim nō est nisi ea facere opera que nobilia sunt. si enim adest fortuna prospera cur supbiunt sciētes ꝙ solida nō est. vnde tul. li. i. de offi. In rebus aūt ꝓsperis superbia fugiēda est τ arrogātia. Nā aduersas res τ ꝓsperas immoderate ferre leuitatis est scȝ insipientie. Utinam supbi versificatoris documentum mente conspicerent. Ait enim Unde superbit homo cuius conceptio culpa. Nasci pena labor vita

necesse mori. Uana salus hois van⁹ labor oia vana. Inter vana nil vani⁹ hoie post hoiem vermis post vermē fit cinis. Heu heu sic cadit in cinerez gloria nostra suū. vnde pmas. Si ti bi copia si sapientia formaq; detur. Sola supbia destruit oia si comitef ꝛ psper li. epigram. Sola est in nu meris armata supbia telis: qꝛ scz so la superbia infinitas sagittas gignit pctōrum. vnde ironice iuuenalis lib. iiij. Supbos ita alloquit: qꝛ tu galli ne filius albe nos vilis ppl'us nati in felicibus ouis que verba ptendunt: vt nullus psumat de femine vl' matre iactare seipm omnes enim eiusdē na ture sumus nec pulcbritudo debz gi gnere fastum. Uerūtamē teste ouid. li. i. de fastis. Fastus inest pulcbris sequitur supbia formam. Si tñ attē derent pucbri se turpes futuros cla re cernerent eoꝝ glam existere vanā Inquiramus ergo vnde oritur in bo mine fastus aut psumptio. Si enim ex malo tunc supbie occasio nō est si ex bono cur supbit cū nō ab ipso sed ex deo sit. Stultus enī est qui de nō suo iactantiā facit. vnde galterus li. ij. alexan. Parcite morales aias ex tollere fastu. Parcite victores igra ti viuere summo victori. vires scept dyadema trūpbos diuitias dare q potuit auferre valebit. Itaq; omnia bona ex deo sunt. Si quis etiam ex bonis supbiam accipiat bonis iam caret. vnde psper lib. epigram. Qui quod non cecidit ppꝛijs sibi viribus aptat. Hoc ipoquo se stare putat ce cidit. Ecce vides oēm supbiam po stulare casum licitaq; rōne carere. nā fastus oīs nō ex rōne sed ex mera stul ticia diriuatur. Itaq; stultiores illi sunt qu de sua fortuna aut sapiētia supbiunt qui ceteris sapientiores exi stere credūt qui doctiores eis se pos se instruere psumunt. dicente varro ne in suis sentētijs cōtra inquit. Om nes sapere desipere est ꝛ nō sapere. ꝛ tul. li. de arcbademacis. inepte quis mineruam docet. ꝛ siluester. Pude at docuisse mineruā. Euanescant er go mundi sapientes quoꝝ superbia mera insipiētia est. Ambiunt enī pn cipatus dominia plateas familiaz ꝛ seipos nō possident seipos ignorant eoq; pacto quo supbiunt fatuisant. vnde sene. li. de quattuor virtutibus. Ne in re altiori te ponas in qua stan ti tremendū descendendi cadendum est. ꝛ idem sene. epl'a. lxxiij. Ambitio sis nō tam iocundū est multos vide re subiectos q̄ graue aliquē ante se bꝛe parem. Hec enī ambitiosorum stulticia est sibi parē pati non posse. alijsq; pesse poptāt sibi aūt si pessent nō tumescerēt supbia. vnde in puer. sapientum dicitur. Uis habere ho norem do tibi imperiū magnum. im pera tibi. Nullum enim imperium vtilius quam sibijpsi imperare vnde socrates. Stultum est vt imperare quis velit alijs cum ipse sibi impera

re nō possit. ꝛ fulgentius li. ij. mitologiarum. Qui plus querit esse ꝙ̄ licꝫ minus erit ꝙ̄ vellet. Si quis igitur ascenderit sic stare studeat vt cadere non oporteat. vnde macrobi. li. saturnalium. Ad summū inquit gradū claritatis cū veneris egre consistes ꝛ citius ꝙ̄ ascenderis cades. Ue aūt regibus ꝛ principibus qui gloriam mundi quasi ꝑpetuam arbitrant̄. casus enim nō habent timorem: qꝛ fortassis nō cognoscunt deum maiorꝫ de quibus sidonius in suo epl̄ari li. ij. Sicut inquit hoībus reges imperant: ita dominandi desideria regib⁹ dominant̄. Cur igitur superbiunt reges: hijs enī subseruiunt quibus preesse se iactant. Nam si rex bonus es tunc solliciterꝫ quid seruus faciat vt malū corrigatur bonūq̄ premiatur. Studeas enī quid imperabis quomodo remp. defensabis quas leges facies quibus officia cōmittes quo pacto emulos cōtētabis quo tramite amicis placebis. In hijs enim oībus tibi famulātibus subseruis. cur igitur subseruis. Dices enim ꝙ hec oīa alijs cōmittes: Q̄uo igitur regꝫ reuera rex nō es nisi ppl̄m regas quē si rexeris vt prefert̄ famularis. Absit ergo vt superbiā ex dominio suscipias quod fecisse legitur alexander. vnde valerius li. viij. ca. xv. Alexādri inquit pectus insatiabile laudis qui anaxartho comiti suo ex auctoritate democriti preceptoris innumerabiles mundos esse referenti. Heu me inquit miserum ꝙ ne vno quidēꝫ adhuc sum potitus. ꝛ eidēꝫ alexandro refert quintus curtius li. vi. scythos dixisse. Si dij habitum corporis tui auiditatis animo parem esse voluissent orbis te nō caperet. Altera manū orientem: altera occidentem contingeres. Deinde si humanuꝫ genus omne superaueris cum feris bestijs ꝙ gesturus es bellum. vide nedum ad cacumen ꝑuenire contendis cum ipis ramis quas cōprehenderis decidas. Leo aliquando minimarū auiū pabulum fuit. At tu qui te gloriaris ad latrones ꝑsequendos venire: omnium gentium quas adijsti latro es. Si deus es tribuere mortalibus beneficia debes nō sua eripere. si autē homo es: id quod es semꝑ esse te cogita. Ex his ergo princeps oīs documentum accipiat ꝛ superbiaꝫ si quā gerat deserat: qꝛ teste galtero in lib. alexandreidos ꝙ̄ friuola gloria mūdi ꝙ̄ rerum fugitiuus honor ꝙ̄ nomen inane. ꝛ plaut⁹. Qui preesse cupit prodesse recusat magnus in exemplo ē cui nō suffecit orbis excisso de fossa marmore petra: quinq̄ pedum fabricata domus: qua nobile corpus exigua requieuit humo. ꝛ loquitur de alexandro que omnia concludunt superbie fastum vitari debere. Nota exempla sacre scripture de lucifero de adā de agar d̄ nembroth de pharaon de amande abimelech

de balthazar nabuchodonosor et nichanor absalon de dauid de herode Nota etiam de icaro. Quare enim ille icarus qui filius fuit dedali submersus fuit: nisi quia propter superbiam suam voluit nimis alte volare et precepta non tenere patris sui dedali. Quid aliud q̄ superbia fecit cadere phetonem: nisi quia voluit currum patris sui phebi regere contra consilium ipsius patris, ideo cecidit turpissime.

Ca. v. de vana gloria minime affectanda.



Vanis gloria ideo sic vocata est: q2 inutilis est et vana. Et sicut stulti hij merito arbitrantur qui vmbris se putant diuites fieri: sic stulti videntur hij quorum desiderium et sollicitudo vanitas est. De quibus horatius libro sermonum. Gaudēt pre nomine molles auricule. Et auianus. Hic quicunq3 noua sublatus laude tumescit: dat merito penas dum meliora cupit. et marcialis cocus. Cum voco te dominum noli tibi carpere fastum. Sepe etiam seruum sic resaluto meum. Nam plurimi in solis vocibus gloriantur. et ex honore vano in seipsis tumescunt: proprioq3 ore laudibus se extollunt quos redarguit catho dicēs. Nec te collaudes nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis. Quid dicemus tamē: q2 singuli ex operibus gloriam expectant. vnde narrat valerius li. ix. ca. xij. q̄ cum sophocles vltime iam senectutis cu3 in certamine tragediam dixisset, ancipiti sen tentiarum euentu diu sollicitus, aliquādo tamē vna sentētia victor causam mortis gaudium habuit. et plinius in epistola ad auianum. Necesse est vt laudis sue spacio et cursu et peregrinatione quisq3 letetur. Eandem sniam tangit tull. in tusculanis questionib9 lib. i. Honos inquit alit artes: omnesq3 incendunt ad studia gloria. Quibus omnibus attentis q̄busdam apparet ex operibus posse gloriam capere cōgrue. Huic aute3 dubitationi respondēdum sic apparet. Nam si benefeceris nimiru3 si te benefecisse leteris nō vana gloria immo vtilis est: sed obest si de tuo suscipias opere gl̄am quam deo nō referas ꝰ qua deo gratias humilime nō rependas. talis enim gloria nō tui ē nisi q2 dei est. Si enim ex bono ope sic leteris q̄ tamen deo regratieris: tua tunc leticia non est inanis: q2 bono limitatur fine: sed illa gloria vana est: et inanis quam in te et ex te accipis: qua mediāte ꝓximu3 despicis inflarisq3 et iactantijs tumescis. Absit hec a iustis gloria hypochritaru3 quorum opera ficta: quorum etiam

merces vanitas est. De quibus tulli. lib. i. de offi. Totus inquit iniusticie nulla capitalior q̄ eorum qui quod agant simulant; vt boni fieri videantur. et idem tul. li. ij. Omnia ficta celeriter tanq̄ flosculi decidūt nec simulatum quicq̄ pōt esse diuturnum. et li. iij. Omnes inquit aliud agentes et aliud simulantes pfidi sunt improbi et maliciosi. Nullum eorū factū vtile esse potest cum tot sit vitijs inquinatum. nam teste eodem tullio li. de amicitia. Omniū rerum simulatio viciosa est. tollit enim iudiciū veri. nec tamen reprobandi sunt qui peccata sua tegunt; ne peccandi occasionem alijs prebeāt. sic enim agere hypocrisis nō est. Sed vana est eorū gloria qui nō ob aliud bonos se ostendunt: nisi vt glorient vt laudes habeāt: vt pmoueant ac dominent. Itaq3 hij mali nō sunt eo q malā mentē eorū tegunt; sed q2 bonū simulant quod nō intendunt; hoimq3 iudicia sub spe glorie subuertunt. Hij enim vulpib9 similes apparent atq3 lupis. vnde persius satyra quinta. Es modicus voti presso lare dulcius amic3. Jam nūc astringis iam nunc granaria laxas Hec meā sunt teneo cum vere dixeris. Liberq3 ac sapiens pretoribus ac ioue dextro. Sin tu cū fueris nostro pauloante farine pelliculā veterem retines et fronte politus. Astutā vapido seruas sub pectore vulpem. Que dederā supra repeto funemq3 reduco. et prudētius. Latitat lupus ore cruento lacteolā mentitus ouem sub vellere molli. vnde horati9 in poetria. Si carmina cōdes nunq̄ te fallant animi sub vulpe lactantes cuiusmodi sunt hypocrite. Ipsi eni se ostēdant vt deo famulari credant demonisq3 sunt filij sed lucem gerere vidētur. Si enim opa ipsorum vera existerent mercedē vanitatis et operibus nō expectarēt. vnde plinius ad catiliū. Magnitudo animi nihil ad ostētationē sed oia ad psciam refert recte facti nō ex populi sermone mercedem sed ex facto petit. Nā sicut opa sunt sic premia cōformia querunt. in quorum psona boetius loquēs secūdo de psolatione. Nos inquit nisi ad populares aures inanesq3 rumores recte facere nescimus et relicta consciētia virtutisq3 prestātia de alienis sermunculis laudē captamus. Horum etenim vita fictio est: et mores sunt imagines absq3 vita. mox ideo delent et decidunt; q2 teste seneca de clementia li. i. Nemo pōt diu personam ferre fictam. cito enim in naturam suā recidūt quibus veritas non subest. qui aūt ex solido nascunt tpe in melius proficiunt. Nempe vani et hypocrite sic cognoscunt. raro enim pseuerant; et viuendi maneriem mutant; laudes amant iactantiasq3 faciliter pducūt adulari gloriant a quolibet reuereri expectant quicquid agunt arbitrant bonum; de alijs pra-

ue iudicant corrigi nolunt. corrigen- di vero occasionē querunt que autē faciunt aut facturi sunt sibi pcipi do lent. Arbitrant enim proprio sensu se regere posse. in alijs enim obedien tiam petunt: viuendiq3 normam nō habent vnicam τ in agendis semper extremisant in oībus singlariter stu dent τ quod facere soliti sunt mltos si facere videant: mox viuendi nouū modum excogitant: gestibusq3 τ si- gnis plurib9 cerimonijs se ostentāt: faciliterq3 incuruant τ humilitatem quā minime habent fingunt dum lo- quuntur: ab oībus audiri cupiunt: s3 neminis sermones benigne audiunt inuite salutant nisi signis vl nutu: vt meditationi vl orationi vacare arbi trantur: ad iracundiā facile mouētur τ turbati cum fuerint mordenter irri tant: sueq3 supbie veneno tumescunt studioseq3 mendicant quod malum est de alijs l3 cooperte dicere possint quod in seipsis habere nō credantur vt exinde glam accipiant nō libenter laudant nec laudantes auscultant: frequenter murmurant τ sub nebula detrahere nō cessant. si vero sui stat9 plurimos videant hos palam sequū tur: vt ex eorum cōsortio famam ven dicent. recusant tamē parem quē- eis fore: sed maiores eis hypochri- tas sectātur: vt laudis participes fi- ant minores cupiunt sequaces vt eo rum doctores videant: cu3 paribus vero voce vl mente contendūt. His enim signis hypochrite cognoscun- tur τ in cōsimilibus premiantur eo- rum enim opera atq3 premia vana sunt. Rursus eoru3 tanta est temeri- tas vt omnia presumāt: nihilq3 diffi cile arbitrantur eis: intolerabilesq3 penitētias incohoāt sed tandem fati- gantur: τ d corporis debilitate se ex- cusant. sub tali enī pretextu balneis dum placet vtunt: q2 dum volunt in firmant. eo enim pacto fingunt vir- tutem nō habitā pariter infirmitatē fingere sciunt. Et cū infirmitas spē3 acceperint plus quibuscūq3 alijs vo lunt plangi ne potest eis sufficienter seruiri. Pruritus enī atq3 linimenta lectum mollē lintea odorifera τ que- uis oblectamenta carnis sub nube fi cte infirmitatis postulāt. Rursus cū hypocrisi diutissime vacauerint si ex inde honores nō participant si opes nō obtineant si secularibus vacātes desiderijs videantur ipsis preferri si conspiciant suum deprimi statum τ odio a cunctis haberi: tunc mores p habitos deserūt τ secularibus se cō- formāt. postremoq3 ceter3 dissolutio res fiunt. Et solum hoc plangunt q se voluptatibus nō dederunt tempo re quo hypocris seruierunt. Horum igitur inutilis labor ieiunia friuola fructu3 nō capiunt ex operibus suis vane glorie deditos seducit laus ab adulatoribus oblata que qtum in eis est eos interficiūt quos suis lau- dibus inficiunt. Nam teste ouidi. li.

xiiij.metbamor. Et obest sua gloria multis.ideo matheus in tobia. Non crede titulis fame te cõsule credeq; menti.et mar.cocus. Hunc volo laudari qui sine morte põt. Absit tñ vt eos laudari pbibeam in quibus virtus est:qr teste oui.li.de ponto. Excitat auditor studiũ laudataq; vtus crescit et immẽsum gl'a calcar habet. et idem oui.iiij.de tristibus. Nõ paruas animo deniq; dat gloria vires: et facũda facit pectora laudis amor. Absit ergo vt hos virtuosos dicam9 laudari non debere.periculum est tñ quoscunq; laudare. nescis enim qui vtuosus sit.credis enĩ virtutẽ augere laudibus:et virtuosum forsan suis spoliabis virtutibus. Sint ergo parce laudes tue nisi eum agnoscas virtuosum quẽ laudaueris:quo cognito laudare nõ desistas tpibus oportunis vt sibi virtus accrescat. dicente sene.de.iiij.virtu. Lauda parce vitupera pcius. Queso tñ vt quorũdã laudes cõmemoremus.plures enĩ alios laudant:qr pncipibus placent sed hec laus modica est:dicente oratio in ep'lis. Principib9 placuisse viris nõ vltima laus est. Alij vero bonos laudant nõ in eo. q boni sunt:sz vitia eorũ qui ex fama boni sunt commendant.hec enĩ laus stulta est.vñ varro in sententijs. Qui in magnis excellit et inuitus laudatur. Nouim9 enim tẽporibus istis quosdam ex fama bonos.quibus turpia: quinimo turpissima contigerunt:sed omnia p sunt in laudem eis.nescit enim vulg9 a fama recedere solita. Bonos igit laudemus in eo q boni sunt.de peccatis vero taceamus.vnde cassiodorus epistola.iiij. Debemus inquit oĩbus bene gerentibus impẽdere laudes non quidem falsas sed veras:qr teste sidonio in suo epistolari lib.ij. Sicut vera laus hortat ita falsa corrumpit.et valerius li.iiij.ca.ij. Publica religione consecrata virtus nulla priuata laudatione indiget.et plinius in ep'la ad cornelium tyrannum. Hoc ipm amantis est amatũ nõ honorare laudibus.verũtamen virtus laudanda est.vnde idem plinius in eadem ep'la prauum ac malignum est nõ admirari hoĩem admiratione dignissimũ. Ex quibus omnibus colligitur q licet laudibus virtutes nõ egeant.virtuosos tñ laudare discrete et parce cõgruit.dũmodo laus virtuti non credat obesse sed saluti prodesse. Redarguendi sunt igitur et qui pre inuidia laudare recusant:et qui more adulatorũ falsis sermonibus applaudũt.vnde eunodius. Laudatio inquit tantũ glorie tollit q̃tum falsitatis immiscet.et terentius in adelphis. Coram inquit alio laudare verecundia est ne adulationis causa facere videatur.in hoc tñ positus est mundus q omnes etiã mendaciter laudari cupiũt:et qui nõ laudant aduersarij putantur.vir tamẽ circunspe

ctus potius laudibus egere ꝙ abũ-
dare cupere debet. Nescis enĩ quã-
ta demonis astutia. de laudibus enĩ
tibi ꝓpinatis mucronez sue tempta
tionis efficit. Absit igitur vt laudes
appetas si tamẽ acceperis ipas deo
referas. vnde seneca ad lucilluz epl'a
lxxij. Quid inquit letaris ad omnib⁹
laudari. Reuera minime ꝓdest nisi
forsan stabilis extiteris; virtusq̃ lau
dibus crescat quod raro ꝯtingere vi
detur. Queso enim si lauderis vt te-
ipz cognoscas; nec aliis de teipo pluſ
ꝙ tu tibi credas. dicente Catbone.
Cum te aliquis laudat iudex tuus
esse memento. Plus aliis ð te ꝙ tu
tibi credere noli. ⁊ boratius in episto
lis epl'a. ij. Quid de quoq̃ viro ⁊ cui
dicas sepe videto. Percontatorẽ fu
gito nam garrulus idẽ est. Nec reti-
nent patule cõmissa fideliter aures.
Et semel emissum volat irreuocabi-
le verbum. et subdit. Qualem com-
mendens etiam; atq̃ etiam aspice
ne mox incutiunt aliena tibi peccata
pudorem. Utinã ergo laudes quas
audis cadere te nõ faciant. Si enim
ministrant vt virtutes tibi accrescãt
heu qualis cõuersio si tibi noceant.
Attende q2 tibi nõ nocebunt si teipz
cognoueris. ideo enim laudibus ali-
qui decipiuntur; q2 sui immemores fi
unt; ⁊ laudum preconia se cognosce-
re pretermittunt. Unde galterus in
alexandro libro. vij. Dum sequitur ꝓ
fugi bona momẽtanea mũdi allicit
illecebris animam caro; nec sinit esse
principij memorem vel cuius imagi
nis instar facta sit; aut quorsum reso
luta carne reuerti debeat; inde boni
subit ignorantia veri. Bona enim
mundi laudes quandoq̃ arbitran-
tur; quibus occurrentibus sepe bo-
mo non reminiscitur sue facture ⁊ se-
ipsum ex toto ignorat. Quicquid ta
men audieris veritatem proferas a-
nimo tuo; quia teste lactantio libro
ð falsa religione. Nullus suauior aĩe
cibus ꝙ cognitio veritatis. Verita-
tem autem illi odio habent qui ver-
bis laudantium magis intendunt;
ꝙ proprie iacture quam in seipsis no
uere. Verumtamen qui seipm nõ no
uit faciliter errat verbo seducitur re
surgereq̃ nescit. In quorum perso-
na loquens seneca epistola quinta.
Ceci inquit ducem querunt. nos au-
tem sine duce erramus. ⁊ ideo ad sa-
nitatez difficulter peruenimus; quia
nos egrotare nescimus. Illi enim e-
grotari se nesciunt qui sue mentis de
licta non nouerunt. Nil melius ta-
men ꝙ seipsum cognoscere. Nam
cognitio sui te superbiam vitare di-
scet. et laudibus non decipi presta-
bit; nec paruum donum est seipsum
cognoscere. De celis enim proces
sisse legitur. vnde Macrobius li-
bro primo. de somno scipionis. De
celo inquit descendit gnotyselitbos
id est scito teipsum. Unde fer-
tur ꝙ cuidam querenti quo itinere

ad beatitudinem perueniret vox del
phici oraculi respondit. Si te inquit
agnoueris beatus eris. vnde in fron
te tẽpli hec sniã scripta fuit homini
bona est cognitio sui. His aũt omni
bus attentis: nec laudes nec opes:
nec fama superbiam in te generabit
si teipm cognoueris. Conspicies .n.
ex vili materia te progenitũ. mẽstru-
is enim te nutritũ in vtero turpitudi
nibus videbis tuam infantiã macu-
latam fuisse. Juuẽtutis quoqꝫ tue tẽ
pora fuere plurimis exposita pericu
lis senectus te prosequit̃ ⁊ mors pe-
tit occasum: peccatisqꝫ forsan inuo-
lutus es nulla est tua prosperitas se
cura. ecce quãta humilitatꝭ incitamẽ
ta. ergo te cognosce superbiã vitare
si velis. Sed diceres nunquid laudi
bus auditis desistere poteris a fastu
nunquid ex eis gloria vana tibi con-
surget. Nequaꝗ̃ enim si te bene con
spexeris. vnde marcialis cocus. Ar-
dua res hec est opib' nõ trahere mo
res: qꝛ scꝫ ꝓpter diuitias cor exaltari
nõ debet. vnde galterus in alexan. li.
viij. Quid tibi diuitijs opus est que
semper auaro esuriẽ pariunt ꝗ̃to ti-
bi plura parasti tanto plura petis ⁊
habendis acrius ardes. sicqꝫ famaꝫ
rursus ꝯfecta copia nutrit. Prudẽs
ergo in pecunijs nõ glorietur: nec ex
laudibus tumorem accipiat sese co-
gnoscere discat. vnde tullius in ora-
tione sua ꝓ milone esse volo: vt qua-
lis es te cognoscas: talemqꝫ qualeꝫ
te homines existiment. Quid enim
prodest laudibus vanis extolli. nam
teste eodeꝫ tul. in tusculanis questio
nibus li. iij. Qui summa in vanitate
versatur nullam effigiẽ eminentem
virtutibus: sed vmbrã imaginis glo
rie sectatur: quasi diceret ꝙ vir vani
tatibus superbie deditus more ima
ginis debilis est. vnde valerius ma-
ximus narrat socratẽ dixisse. Cõsciẽ
tiam inquit plusꝗ̃ famaꝫ attende. ꝑ
famam enim falli poteris: per cõsciẽ
tiam nunꝗ̃. vnde seneca ep̃la. xxvi.
Remoue existimationem hominum
dubia semper est: ⁊ in partem vtram
qꝫ diuiditur tanꝗ̃ diceret de laudib'
parum fore curandum. vnde narrat
valerius li. vij. ca. ij. ꝙ aristoteles de
semetipso in neutrã partem loqui de
bere predicabat quoniaꝫ laudare se
vani: vituperare stulti esset. vnde si-
machus in suo epistolari. Omnis o-
stentatio nõ caret suspitione menda
cij: qꝛ quicquid assumit̃ propriuꝫ nõ
putatur. ⁊ quintilianus de oratoria
institu. li. iij. Uerecundius dicere est
sua ꝗ̃ aliena laudare. ⁊ ouidius sine
titulo. Quis furor est que nocte la-
tent in luce fateri. Et que clam faci-
as facta referre palam. vnde catho.
Ne sis ventosus dum vis bonus eẽ
videri. Nempe qui se laudat se sup-
bum ⁊ vitiosum esse demonstrat. vñ
quintilianus li. viij. de oratoria insti
tutione. Uitiosa res est iactantia pa
riteqꝫ fastidium ⁊ plurimum odium-

et subdit. Qui enim supra moduz se extulerit alios despicere credit. Ob hoc prudentius li. de cōflictu vitiorū ꝛ virtutum. Desine grande loqui frā git deus omne superbuz: magna ca dunt: inflata crepant: tumefacta pre muntur: scandunt celsa humiles: tra duntur ad ima feroces. Et gaufred? in poe. noua. Uincit opus verbū mi nuit iactantia famam.

Capitulum sextum de habenda patientia.



Patientia vincit malitiam. vir quoq; patiens supat emulos; nec eaz prebere vindicta pōt victoriam quā patientia donat. Ipsa enim mala tolerare facit benigne. itaq; pati qui nouit fere impassibilis est: eiq; nemo nocere pōt eo q nociuū nil sibi apparet. vñ lactantius li. de vera iusticia. Patiētia est inquit malorū que aut afferuntur aut accidunt cū equanimitate tolerantia. vnde plato. Totus inquit phie robur est patientia. ꝛ tullius in rhetorica pma. Patientia est honestatis siue vtilitatis causa rerum arduarum ac difficiliuz voluntaria vel diuturna ppessio. Hanc siquidez patientiam habent sapiētes: vt ex prouer. sapiētuz colligitur. Sapientes eniz dolores merito ferre debent: q2 doloribus castigat corpus ꝛ anime subijcitur. dicēte seneca epl'a. lxxviij. ad lucillū. In remediuz cedant honesta solatia ꝛ quicquid animū erexerit etiam corpori pdest scz ad correctionem. ꝛ subdit. Noli mala tua tibi facere grauiora ꝛ te querelis onerare. Nam leuis est dolor si nihil illi opinio adiecerit. ꝛ idem seneca epl'a. vi. ad paulum. Feramus equo animo ꝛ vtamur foro quod sors cōcessit donec felicitas finem malis imponat. Nam apud athenienses solon patiētissimus fuisse legitur: vt tāgit vale. li. vij. Et tertulianus in apologetico Epicurus inquit oēm cruciatuz dolorem q; damnat. Reuera noui plurimos esse impatiētes potius opinione propria q vexatione extrinseca: q2 teste quintili. cā. vi. Subit libens pietas penam. ꝛ idem quintilianus causa. x. Nulla pena ē nisi inuito nullum habemus nisi ab impatiētia dolorem: ꝛ vt aliquid crudele sit metus facit. Uerūtamen multi suis simulationibus viros etiam virtuosos ad īpatientiā redigunt. dicente seneca libro. i. de clemētia. Temeritas hoīm ꝛ cōtumacia sepe a trāquillissimis pectoribus patientiā extorsit. O vtinā in hac vita mortali in qua p certamine constituti sumus pati discamus. Dolent enim milites fame siti ipsis etiam nō recusantibus vexari. Milites ergo christiani ea libenter ferant que aduersa fortuna pro certamine ministrat nocumenta. Tunc enī for

tuna victa est virum patientem si inuenerit: quoniam teste prudentio li. de cōflictu vitiorum et virtutum. ecce modesta grauis stabat patiētia vultu per medias immota acies variosque tumultus spectabat fixis oculis et leta manebat. Inde quieta manet patiētia fortis ad omnes omnibus vna quies virtutibus associatur. nam vidua est virtus quam nō patientia firmat. vnde teste lucano li. iij. Gaudet patientia duris. et ouidius li. ij. de arte amatoria. Cede repugnanti cedendo victor abibis. et idem ouidius li. ij. de remedio amoris. Posse pati facile est tibi impatientia desit. Flumine perpetuo torrens solet altius ire. Sed tamen hec breuis est illa perhennis aqua. que verba nil aliud sonant: nisi quod sicut aqua torrentis quando intrat flumen quod est altius eiusque aquam perpetuat: sic patientia omnia vincit. et vir patiens fortiores se superat. ideo marcialis cocus Qui sua metitur pondera ferre pōt. et seneca ad lucillum epla. vij. Bonus quicquid accidit ei equo animo sustinebit. sciet enim ita accidisse lege diuina qua vniuersa procedunt. Hec siquidem ratio magnā patientiam suadet. Nam si cōsideres a deo singula fieri cui nulla vis resistere potest: cur molestum tibi est ea sustinere q̄ deo placent. dicēte seneca epistola. lxxiiij. ad lucillum. Placeat homini quicquid deo placet. et idem seneca in hercule furente. Nullo premetur onere patienter qui tulit. nam virtus est domare. et subdit quod durum fuit pati meminisse dulce est. vnde valerius lib. iij. Non parua gloria cōtemptu doloris acquiritur: quia titulus sapientie datur. teren. in hecbyra. Ex quo tibi fuerunt commoda equum est te ferre incommoda. vnde macrobius li. saturnalium. Qui suos dolores anxietatesque dissimulant patientie beneficio ad maximam voluptatē perueniunt. et ibidem refert quomodo admiranda fuit patientia augusti. Innumerabiles enim iniurias tulit libenter. Ut autē patientiam quis obtineat cōsidera an mali aliquid gesserit et si culpabilem se reperiat penas occurrentes suo crimini īponat quas tunc libenter ferat ex quo propria facta illas meruerūt. dicente catho. Quod merito pateris patienter ferre memento. Cumque reus tibi sis ipm te iudice damna. vnde valerius lib. iiij. Refert quod cum siracusanus dion a dionysio tyrāno patria pulsus esset: megaram petierat: vbi cum theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet neque admitteretur: multum diuque ante fores retētus comiti suo patienter hoc ferendum est ait. Forsitan enim et nos cum in gradu dignitatis nostre essemus aliquid tale fecimus. qua tranquillitate consilij ipse sibi conditionem exilij placidiorem reddidit. et idem ouidius li. ij. sine ti-

tulo. Equo animo penam quam meruere ferunt. Attendamus enim vere patientie commoditates. nam patientia excitat animum: et corpus laboribus exercitat. vnde galterus in alexan. libro. iij. Excitat interdum vires dolor et patientis sepe reatum: vis illata leuat: minuitque coactio culpam omnia descendunt a summo culmine rerum. Que verba designant duas patientie commoditates. dat enim patientia exercitium et contra culpam remedium. vnde idem galterus lib. vi. Asperior sanat grauiores potio morbos. et matheus in libro de thobia. Nomine passa dei redolet patientia parcit passio delectat lesio pena sapit. Reuera patientia merita auget deuotionis confert crementa et in aduersitatibus cressit. vnde arator libro. ij. Mitissima sors est penarum quas vota gerunt: regnique facultas perpetuo pro rege pati: mansuraque virtus crescit in aduersis. Et si enim quis pro nomine dei penam sufferat: hanc libenter sufferat: quia pro illo certat qui superabundanter omnibus rebus recompensat. Rursus consideremus egros pro sanitate plurima flagella pati que licet sint aspera. libenter tamen ferunt sub spe future sanitatis. Nunquid igitur pro salute mentis penas si occurrant libenti animo ferre congruit. vnde ouidius libro. i. de remedijs. Sepe tibi succos quis inuitus amaros eger et oranti mensa negata mihi vt corpus redimas ferrum patieris et ignes. arida nec sitiens ora lauabis aqua: quia scilicet pene sunt tolerande pro corporis medela. Uerumtamen pro corpore homines multa ferunt: sed pro mente rara eo quod corporis molestias sentiunt. anime vero calumniam multi ebetati non conspiciunt. Ueteres tamen plurimi penas fere innumerabiles tolerasse feruntur. Ipso dicente ouidio libro de tristibus. Tot mala sum passas quot in ethere sydera lucent: paruaque quot siccus corpora puluis habet. et eodem libro. Fert sapiens animus casus patienter amaros. Frena nec indomiti more recusat equi: quia scilicet sapientes ferunt libenter que toleranda sunt. Animaduertant igitur mundi amatores quanta dulcedine vitam deducunt sepius sceleratam: cuius mollicies asperitatem gignit penarum succedentium pro delicijs in quibus delectantur. Eorum tamen arbor spinosa est: sed rosas conspiciunt dulces: et arboris spinas non attendunt: quia extrinseca delectamenta degustant: et delicta intrinseca non increpant. hi simulantur arbori spinose producenti rosas. dicente ouidio li. i. de ponto. Sepe creat molles aspera spina rosas. Jupiter in multos temeraria flumina torquet: qui penam culpa non meruere pati. Peramplius igitur illi penam ferre patienter debet qui proprijs delictis eam

meruerunt. quinimmo letari debent qui deliquerunt si penis in hac mortali vita efficiant. quamque enim cum peccatoribus dissimulet deus: nil tamen inultum manebit: sed pena grauior multo patebit post obitum. vnde prosper li. epigram. Multa diu summa differt patientia regis: suspendens equi pondera iudicij. et subdit. Et curat medicus vulnera vulneribus. Ad veniam tendunt iusti pia verba regis Ira breuis rectis gaudia longa dabit: quia scilicet post vitam presentem deus sceleratos puniet et iustos premiabit. Illos per penam istos per gloriam eternam. Absit igitur vt quis impatiens fiat ex vite presentis modico verbere: sed potius medicorum consilio adiuuemur. Consuluit enim membra languida truncari: vt residua corporis pars valida maneat. huius etiam vite solatia postponamus: carnisque macerationem non recusemus: vt salus futura prestet nobis. vnde claudianus. Truncentur et artus vt liceat reliquis secure viuere membris. et in prouerbio. sapientum dicitur. Feras quod ledit vt quod prodest feras: quia teste ouidio li. i. sine titulo. Leue fit quod bene fertur. Recolo etenim impatientes plurimos viros vidisse: quibus omnia nocebant. alios autem conspexi patientes quibus omnia prospera videbantur. Nam quanto quis minus nouit pati: tanto seuius et frequentius affligitur. Quanta enim pena eis adest qui de omnibus vindictam querunt: verbisque importunis contra singulos contendunt Et si superandi spes affuerit nunquam indulgent vel parcunt. Utinam attenderent illud catbonis. Quem superare potes: interdum vince ferendo. Maxima etenim morum est patientia virtus. Cum recte viuas ne cures verba malorum. Arbitrij nostri non est quod quisque loquatur. Dices forsitan pati molestum fore tibi eo quod pacem cum omnibus queris: sed hominum impietas te anxiat. vt enim attendas illud prosperi in li. epigram. Impia pars mundi pati est infesta piorum. et subdit. Pulsant exterius diuersis motibus hostes. Intus ciuile est: et sociale malum: quasi diceret quod anxietas a malis de foris impulsa viro non nocet si eius mens abintus sana quietaque esset. Sed fortassis superbia mentem occupat. obhoc leuis infestatio iram concitat: beneficiorumque collata possessio rigidiores sepe animos facit. Itaque gratia desursum collata fomentum frequenter impatientie ministrat. Ob hoc magister seilo sic ait De gratia vitam noli corrumpere vita. Ne vite merita demerearis ita. Heu vnde hoc accidit quod munera dei patientie contrariantur: non quidem hoc est ex se sed ipsa qui habent impatientes eorum occasione fiunt: quod est quod nullus verba tolerare potest: sed et modica iniuria quisque mouetur. Attendamus enim verba vento con-

parari: et tunc minime nocent: quando de ipsis nulla cura prebetur: aut quādo obliuioni traduntur. Turpe est enim illius reminisci quo affligaris. vnde in prouer. sapientum dicitur. Iniuriarum remedium est obliuio. Miserrima est enim fortuna que inimico caret. Si enim nullos inimicos tibi faciat iniuria: multos tamen facit inuidia. Unde viri boni est pati nescire q̄ facere iniuriam. Nam iniuria est infamia eius qui facit. Ideo teste varrone in suis sententijs. Condemnandi sunt in eruditorum contemptus. et salustius in iugurtino. Bono more sancius est vinci q̄ malo iniuriam vincere. vnde seneca ad lucillum epistola. lxxvi. Equo animo audienda sunt imperitorum conuitia et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus. Quid enim tibi cura est si ab imperitis contemnaris cum ab eis laudari nō est honor. Eorum igitur irritationes tanq̄ friuolas asperne et benigne patere. Si enim aduertamus veterum tolerantiā exemplo dotabimur eorum singulaq̄ pati discemus. vnde cassianus in li. collationum refert q̄ socrates iniurianti nocere noluit quando eū quidam corruptorem puerorū vocasset. tunc discipuli eius irruere volebant in eum: sed socrates ait. Consodales quiescite corruptor enim sum si me contineo. De ipso etiam socrate refert hieronymus contra iouinianum libro primo. q̄ patientissimus fuit. Nam vxores duas cum haberet ipsas sepius irridebat eo q̄ propter ipm disceptarēt Cur inquit pro me disceptatis. nam fedissimus homo sum naribus simus: fronte recaluatus facie pilosus. Nouissime tamen prefate vxores impetum mutuum verterunt in eum aqua q̄ fedissima eum deturpauerunt qui nihil respondit nisi. sciebam inquit futurum vt ista tonitrua hymber sequeretur. Ipse etiam socrates teste seneca ad lucillum. Dixisse fertur q̄ nihil patitur qui secū patientiā habet. q.d. q̄ vir patiens patiēdo nō patitur: quia ex pena nō molestatur. itaq̄ īpatiens maxime patitur: quia maxime angustiatur. Si aūt patientiam haberet que virtus est: tunc patiendo nō pateretur.

Capitulum. vij. de ira vitanda.



Ira perturbat animū sensum nō permittit discernere verum: et illum plus affligit cui inheret q̄ eum cōtra quem ipa mouetur. nam semper inest angustia iratis. Tibi igitur parcas alijs si nō parcis. vnde de ira loquens tulli. in sua oratione pro marcello. Iracundia inquit cōsilio est inimica et victoria insolens atq̄ superba vnde epicurus. Ira immoderata insaniam gignit. et eunodius. Ira iuste suum plusq̄ alios lacescit auctorem

Unde tullius in tusculanis questio-nibus li.iiij. Ira inquit est libido pu-niendi eum qui tulisse videtur iniuri-am: sed patientia vt prefertur habē-da est. Ira igitur cōpescenda credi-tur. vnde horatius in epistolis epl'a ij. Ira furor breuis est animum rege qui nisi paret impat hunc frenis hūc tu compesce cathenis: quoniam teste cathone. Ira odium generat concor dia nutrit amorem. Impedit ira ani mum ne possit cernere verum. Ean-dem tangit sentētiam prudentinus li. de cōflictu vitiorum. et virgilius li. ij. eneidos. Furor inquit mentem to tam precipitat. et lucanus li. iij. Inue nit arma furor. vnde ouidius. iij. de arte. Ora tument ira nigrescunt san guine vene. Quelibet extinctos iniu ria suscitat ignes. et lib. methamor. Sepe suum feruens oculis fert ira furorem. et idem ouidius li. de ponto Quem non obrueret taciti quoque ce saris ira. Addita sunt penis aspera v̄ba meis. Que omnia nil aliud de-signāt nisi q̄ ira maxime affligit ira-tos. Sicut igitur stulti putantur qui seipsos affligunt: sic et magna insipi-entia est eorum qui faciliter irascūn-tur. Nam ira grauissimus dolor est: et quanto vir probior tanto grauior: vnde in prouer. sapientum dicitur q̄ bonus animus lesus multo grauius irascitur. Nam probi hominis iracū dia grauissima est. Si ergo probus es: tanto magis irasci timeas. Eo-dem enim pacto quo te affliges sen-sum confundes: et cum hoc peccabis itaque salutis viam postergabis. Di-scas igitur discas benigne pati vt tu us in pace quiescat animus. vñ gal-terus alexan. libro p̄mo. Blandicijs indignus erit mollique potiri fortuna qui dura pati vel amara recusat: qua-si dicat q̄ nō est dignus bonis poti-ri qui aduersa ferre nō valet. Si enī prudens cogitaret bona que ex pati entia sibi affutura sunt fortassis be-ne vitaret iras. Sed teste quintilia. causa quinta. Humane infirmitatis ista natura est: vt ex omnibus actio-nibus grauissimum putet quisque q̄d patitur. Verūtamen teste eodem q̄n tiliano causa. xij. Nulla pena est nisi inuito nullū habemus nisi ad impa-tientia dolorem: et vt aliquid crude-le sit metus facit. vnde iulius celsus libro primo. Animi est illa mollicies nō virtus: paulisper ferre non posse. Facilius enim reperiuntur qui se vl-tro morti offerant q̄ qui diu dolorē faciliter ferant: quia teste salustio in ca tilinario. Nulli mortalium iniurie sue parue videntur. Utinam tamen hec recederet conditio a nobis. vtinam iram refrenaremus qua corpus ex-tirpamus: animum debilitamus: sen sum eneruamus: omnique bonis spe-ciem ira destituimus. Queso dic mi hi si sapiēs es cur irasceris: esto etiā q̄ praue voluntatis extiteris iniuriam si accepisti et patientia tibi pro chri-

sti nomine astiterit tunc ira cessabit. Et si tua virtus tanta non fuerit:et te vindicare queras: aut hoc potes: aut nō. si potes cur irasceris ex quo emendare potes: si nō potes cur irasceris. Nosti enim ꝙ ira tua te non vindicat solum ex ea hoc importabilis ꝙ fatigaberis tu ipse:ꝛ exinde letabitur inimicus tuꝰ. iuxta illud psalmiste. Exultabunt inimici mei: si motus fuero. Itaqꝫ dum irasceris vindictam quam in alio desideras in te ipso facis. Queso igitur iterum queso vt tui miserearis. O ira effrenata quot perdidisti viros quot prelia seminasti: quot fratres diuisisti: quot necasti:teqꝫ feriente quot subito ꝛ improuise decesserunt. Multos enī in stulticiam deduxisti tuisqꝫ stimulis plurimus exasperare fecisti ꝛ te mole stāte quidam suspendio alij submersione alij proprio mucrone seipos necauerunt. Omnia enim fere delicta suum actorem ad tēpus delectant aut delectare creduntur. Nam delectatur superbus in fastu: lubricus in luxu: edax in gustu: piger in requie: auarus ī desiderio. Sed tu ira nihil nisi flagella confers. Miruꝫ igitur cur te homines nō fugiant ex quo nihil delectationis apparentis vel existentis in te inueniunt. Tu enim ira machinas enses gladios arma reperisti: ꝛ oīm crudelitatū genera te docente processerunt. vnde tibullus. ꝙ fui horrendus primus qui protulit enses ꝙ ferus ꝛ vere ferreus ille fuit sed teste ouidio primo de arte. Nec enim lex equior vlla est qua necis artifices arte perire sua. Uobis igitur parcite: vobis indulgeatis: o vos irati: qꝛ teste galtero in alexan. viij. Nō verisimile est alieno cuiqꝫ parcere q̄ sibi nō parcit. Sapiēs igitur discat mitigari: suosqꝫ sensus consulat sibi Nemo est enim adeo ferus qui non mitescere possit: inquit horatius in epistolis.

Ca. viij. de odio ꝛ crudelitate.



Si ipse odio hēas quēꝙ tu ipse odiosus eris muneraqꝫ tua deo nō placebunt: peccatorū qꝫ veniaꝫ nō impetrabis: qꝛ misericordiā nō mereꝛ: qꝛ proprio misereri contēnit. Discas igitur eū diligere quem pcepto diligere teneris iureqꝫ nature. Nam amicitia bona spūalia atqꝫ temporalia cōgregat ꝛ mentiū vnitatē ꝯseruat. vñ valerius li. ix. c. iij. Ira qꝫ aut odiū in pectoribus humanis magnos fluctus excitāt ille ꝓ cursu celerior nocendi cupidine hoc ptinacius. ꝛ subdit. ꝙ vehemēs est ꝯtra rempu. odiū. nihil enī est ꝙ bono cōi tm̄ obsit. Et ꝙꝙ oīa sint odia mala: vt cōiter tm̄ tm̄ nequiora sunt illa que latent. Unde in prouerbio. sapientuꝫ dicitur. Multorū odia sub occulto latent ꝛ sequiꝛ

peiora sunt tecta quam aperta. In hoc tamen positus est mundus quod semper iurgia erunt: ve tamen iurgiosis Nam princeps odiorum est dyabolus qui pro magna parte imperat mundo difficulter ergo pax vniuersalis erit. vnde ouidius in ibim. Desinet esse primus contrarius ignibus humor: et tepidus gelido flabit ab axe notus et ver autumno brune: miscebitur estas: atque eadem regio vesper et ortus erit etc. antequam sit vera pax mundo. Nam mundus in maligno positus est paceque nunquam fruetur veraci et vtili. Sed sapienti sufficiat propria pace quietari: odia fugiat: rancores euitet: et cum pace mentis virtutibus intendat. Nam odium hominem reddit crudelem et propria a natura discedere facit. nam fertur a valerio libro. ix. ca. scdo quod ochus qui postea dictus est darius crudelissimus extitit virosque optimos interfici morte communi non contentabatur: sed crudelissimum mortis tormentum excogitauit: sicut autem crudelis erat: crudelitatem postmodum reperire meruit. nam sicut dicitur in prouerbio. sapientum. Multos timere debet quem multi timent. Itaque respue crudelitatem et matrem crudelitatis iram. vnde seneca in agamenone. Dignus est tyrannus morte qui penam exigit. et in declamationibus libro. iij. Zelus est occidere tyrannum. et libro. i. de clementia. Ferina enim ista rabies est sanguine gaudere atque vulneribus. tale enim gaudium facit hominem in siluestre animal transire. vnde lactantius lib. de vero cultu. Qui hominem quamuis ob merita damnatum in conspectu suo iugulari pro voluptate petit conscientiam polluit tanquam si homicidij quod fit occultus spectator et princeps fiat. Absit igitur ab homine crudelitas que nature proprie contradicit. vnde tullius li. i. de offi. Magnitudo inquit animi remota conditione humana feritas quidem est. et idem lib. iij. Dominum nature quam maxime debemus sequi inimica est crudelitatis vnde valerius ca. ij. libro. ix. Crudelitas horridus est habitus truculenta species violentus spiritus vox terribilis. Unde ibidem refert de crudelitate phalaridis tyranni qui nouum genus cruciatus excogitauit. Nam taurum eneum fecit in quo cruciandi includebantur. sue tamen inuentionis experientiam primus merito gessit: hannibale illud idem iudicante qui hannibal tam crudelis extitit vt in flumine gello de corporibus romanis ponte facto exercitum transduxit Sed recedat queso ab animo tuo crudelitas quecunque. crudelis enim si fueris male peribis.

Capitulum nonum de contentione et procacitate.


X contentione enim
immodesta excitan-
tur iurgia.et exinde
secreta sepius reue-
lantur.Unde conten
dere nulli sapienti congruit neq; rei
ꝑfecte.Potius enim experimur res
quãto imperfectiores tanto ad con-
tentionẽ promptiores esse.Nam vi-
debis inter feminas frequentius li-
tes inter canes latratus inter paupe
res strepitus ⁊ in omni re contentio
eo citius oritur quo imperfectior est
mens seu status eorum qui conten-
dere sollicitantur.ideo sapiens est il-
le qui contẽdentibus respondere nõ
curat,dicente catbone.Rumores fu
ge ne incipias nouus autor haberi.
Nam nulli tacuisse nocet:nocet esse
locutum.⁊ iuuenalis.lib.iiij.satyra
p̃ma.Torrens dicendi copia multis
⁊ sua mortifera est facundia.nam in
multiloquio non deest peccatũ.vnde
in ꝓuer.sapientum dicit̃.Turpia ne
dixeris,paulatim enim pudor ꝑ ver-
ba excutit̃:qꝛ scꝫ cõtentiosi de facili
inuerecũdi efficiunt̃ bonosq; mores
corrumpũt.iuxta illud menandri co-
miti corrumpũt bonos mores cõfa-
bulationes pessime.Nimirum est ta
men cũ tacere sit facilius q̃ loqui cur
tam difficile ẽ pluribus ꝯtentiones
euitare ex quibus iurgia sequuntur.
dicente ouidio.ij.de arte.Exigua ẽ
virtus p̃stare silentia rebus:at cõtra
grauis est culpa tacenda loqui.Ne-
pe ex locutione superflua ira incendi
tur ⁊ frequẽter tristicia gignit̃:atq;
plurima eloquia lete incboant̃ que
tristi terminantur fine.vnde ouidius
libro de ponto.Tu modo fac time-
as ⁊ que tibi leta videntur.Dum lo-
queris fieri tristia posse puta.Sed
ꝓh dolor humana ebetudo nil tole-
rare potest:sed verbis ⁊ cõtentioni-
bus exterminium ꝓcacissimum iugi
ter q̃rit ⁊ quod indecentius est illi
frequenter magis contendunt qui-
bus loquẽdi minor facultas compe
tit aut nature maleficio aut fortune
casu.vnde simacbus in ep̃lis.Leticia
inquit loquax res est atq; ostẽtatrix
sui.⁊ subdit ad ꝓpositũ.Natura re-
rum est vt qui balbutiũt plus loquã
tur.affectãt enim copiã sermonis pu
dore defectus.Rursus verborum ꝓ-
cacitas ⁊ turpitudo ex mala vita se-
pius causat̃.nam q̃ male viuit raro
bene loqui potest.vnde tul.in inuecti
ua ꝯtra salustium.Neq; enim q̃ ita
viuit vt tu aliter ac tu loqui potest.
Nec qui tã illoto sermone vtitur vi-
ta honestior est:quasi dicat prauum
eloquiũ prauã iudicare vitam facit.
mala enim vita prauos sermones ge
nerat.Hec autẽ oĩa ideo dicta sunt
vt caueat sapiens verbositatem ⁊ cõ
tentionem quibus lites oriunt̃ ⁊ im
patientia generat̃.Nempe cõtentio
veritati ⁊ cõsequenter omni discipli-
ne inimicatur.dicente seneca in pro-
uer.Nimiũ altercando veritas amit

titur.et quintilianus li.ij.de oratoria institutione. Non est inquit ɔscia sed victoria litigantis pmium.ideo stulticia est cum verbosis cōtendere:qr nō bene loqui sed solum vincere poscunt. Quāobrem idem quintil. causa.xvij. Contētiosi inquit quod ꝓbare nō possunt affirmationis temeritate astruunt.de quibus lactan.li.de vita beata. Qui cōtradicendi studio insaniunt dū sua falsa defendūt.aliorum etiā vera subuertūt.ideo catho. Contra verbosos noli contēdere verbis. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis. Lis minimis verbis interdum maxima crescit. Litis pterite noli maledicta referre. Sunt quedam que ferre decet patiēter amicū. Sapiens igitur nō fit procax nec ad lites promptus. Nam via sapiē veritas est cui contētio ɔtradicit.iuxta illud ambrosij. Contētio est īpugnatio veritatis p confidentiā clamoris Queso enim vt qui cōtendis quid agis attendas:aut enim obscurū est id pro quo cōtendis. Expecta igitur quousqꝫ id clarum fiat anteꝙ clamore verbum tuū confirmes. Si vero id clarum est quod dicis cur contendis. Nam stultū est in meridie sole lucente candelā accensam deferre.vñ quintil.v.de orat oria institutiōe. In rebus inquit apertis tam stultuꝫ est argumentari ꝙ stultuꝫ in clarissimo sole mortale lumen afferre. Hominum tñ hec est procacitas ꝙ vbi ius nesciunt maxime clamitāt et vbi veritatis clarum habent testimonium minime contētatur nisi impetuosus interueniat clamor. vtinam attenderent illud xenophontis phi. Ergo inquit cōscientia teste didici maledicta contēnere. Reuera contentio oē malum aggrauat et si pro bono fiat.ipꝫ tamē bonum in maluꝫ cōmutare.vñ seneca epl'a.i.ad lucillū. Cum fatuo inquit delectari volo.nō enim longe mihi querēdus est:me enim ipm rideo.et ideo plures cōtentiosi sunt:qr singulos reprehēsibiles putāt et oēs deridendos estimant eaqꝫ solum benedicta arbitrant̄ que ꝓferunt ipsi. si tñ suos defectus cognoscerent: et cōspicerent obiurgari nō cōtenderēt sen quererent.vnde iuuenalis li.i. satyra.ij. Loripedem rectus derideat ethiopem albus. Quis tulerit gracchos de seditione querentes. Quis celum terris nō misceat et mare celo. Si fur displiceat verri et homicida miloni etc.quasi dicat ꝙ alium deridere non habet qui sibi gerit vitia. Ceterum nō sufficit multis ɔtentiosis et derisoribus pacē maculare quī imo anathemate maledictionibusqꝫ plurimis alios infestāt.Dicūt.n.quorū tanta ē ɔcacitas et nō nisi malū alijs affectāt illō oui.li.i.sine titl'o. Dij dēt tibi nl'osqꝫ lares īopēqꝫ senectā et lōgos hyemes ppetuamqꝫ sitim.et illō ouidij in ibin. Terra tibi fruges amnis tibi deneget vndas. Deneget

afflatus ventus & aura suos. Nec tibi sol calidus nec tibi sit lucida phebe. Destituat oculos sydera clara tuos. Nec tibi vulcanus nec se tibi prebeat aer. Nec tibi det tellus nec tibi pontus iter. Exul inops erres alienaque limina lustres. exiguumque petas ore tremente cibum. Nec corpus querulo nec mens vacet egra dolore. Noxque die grauior sit tibi nocte dies. Sisque miser nec sis miserabilis vlli. Gaudeat aduersis femina virque tuis. Qui mala cum tuleris plurima plura feras. Causaque non desit: tibi semper copia mortis optatam fugiat vita coacta necem. His etenim verbis maledictionibus que consimilibusque stulti litigant iram concitant & quietem mentis subuertunt: quorum contemnendus est sermo rixaque spernenda. iuxta illud varronis in suis sententijs. Contemnendi sunt ineruditorum conteptus si vis ad summa progredi.

Capitulum decimum de abstinentia & sobrietate.



Victus modestus honestatem corporis sanitatem quoque atque mentis prosperitatem conseruat. vnde seneca libro de quattuor virtutibus. Ede citra saturitatem bibe citra ebrietatem. obserua ne in conuiuio nec in qualibet communitate quos imitaberis damnare videaris. Nec presentibus delicijs inherebis: nec desiderabis absentes. victus tibi sit ex facili nec ad voluptatem sed ad cibum accede palatum tuum fames excitet non sapores desideria tua paruo redime: quia hoc tantum curare debes vt desinet: atque ita quasi ad diuinum exemplar compositus a corpore ad spiritum quantum potes abducere festina. ideo terentius in andria actu primo & scena prima. Id arbitror apprime in vita vtile esse ne quid nimis. & hieronymus contra iouinianum. Galienus inquit doctissimus interpres hypocratis athletas: quorum vita et ars sagina est dicit in exhortatione medicine nec viuere posse diu nec sanos esse: animasque eorum ita nimio sanguine & adipibus inuolutas: vt nihil tenue nihil celeste curent: sed semper de carnibus & victu & ventris ingluuie cogitare sollicitentur. Absit igitur a viro sapiente crapula. Nam veteres cum parsimonia vixisse leguntur. Unde socrates sole occidente conuiuium cogitato. Ipse enim socrates temperatissimus extitit: & vnica refectione serotina contentabatur. Ipsius temperantiam commendat A. gellius libro primo. Plurimorum tamen exhorbitant iudicia

Quam enim gulam pretextu vite excusant. Dicunt enim viuere oportere quod verum est: sed castrimargie voluptas non est via. ad vitam

sed dissipatio nature est. vnde boeti⸗us. ij. de cōsolatione. Paucis minimisqꝫ natura cōtenta est: cuius satietatem si superfluis replere velis aut iniocūdum aut innoxium voluentur Itaqꝫ nil congruentius viro iusto et prudenti ꝙ sobrietas. dicēte ouidio in epl'is. Est virt⁹ placidis abstinuisse bonis: nec cōqueraris si te faciat abstinentia fragilem. Nam fragilitas moderata sepius est nutrix virtutum. iuxta illud valerij li. ij. ca. i. Bone quoqꝫ valitudinis quasi quedam mater est fragilitas: inimica luxuriosis epulis ⁊ aliena minime vini abūdantie: ⁊ ab immoderato venerꝭ vsu auersa. Ne ergo timeas per abstinētiam fragilis fieri si moderata fuerit tunc enim vitijs alimenta tollis quādo immoderata fercula atqꝫ pocula rennuis. ideo sene. li. de moꝛib⁹. Abstinentia inquit est summa medicina ⁊ valerius li. ij. ca. i. Fuit inquit antiquoꝛum illa simplicitas in cibo capiendo humanitatis simul ⁊ continentie iudex certissima. itaqꝫ ꝑ cibi simplicitatem obtinuerunt vt eoꝛuꝫ humanitas continentia esset. ⁊ subdit. Maximis viris pꝛandere ⁊ cenare in pꝛopatulo nō erat verecundie: qꝛ nec epulas habebāt quas oculis populi subijcere erubescerent. Vini etiā vsus oliꝫ romanis feminis ignotus fuit ne in aliquod dedecus pꝛolaberentur: quia pꝛoximus a libero patre intemperātie gradus ad inconcessam venerem esse consueuit. Et. A. gelli. li. pmo. Parsimonia inquit apud veteres romanos ⁊ victus atqꝫ cenarum temeritas nō solum domestica obseruatione ac disciplina: sed etiam publica animaduersione legū custodita est. vnde didimus ad alexandrum. Gens inquit bꝛagmanoꝛum pura ⁊ simplici vita viuit: nullis rerum capitur illecebꝛis. nihil appetit amplius ꝙ ratio nature flagitat. Facilis inquit nobis alimonia luxurie sagittas nō ꝑquirit: sed quam tellus ferro laboꝛata nobis pꝛofert alimoniam hanc nostris mensis apponimus. Et hinc est ꝙ nulla genera moꝛboꝛum scimus: sed diuturna salute perfruimur. Medicine enim remedium nobis parsimonia est: que nō solū illapsas potest curare doloꝛes: sed etiam pꝛocurare nō veniant. His igitur verbis atqꝫ exemplis clare apparet maxime vtilitatis foꝛe sobꝛietatem qua coꝛpoꝛis ⁊ mentis ꝓsperitas roboꝛatur qua mediante veteres sanitate atqꝫ virtutibus floꝛuerunt. Illos tamen sobꝛios aut abstinentes nō credimus quibus mos ē aquam bibere: panem grossum edere nisi ex his cōtententur. Nam tunc vere abstines qn̄ in parsimonia vite nō molestaris sed delectaris. nullum enim coactū virtus est. seneca ad lucillum. Non est inquit iocunda res aqua ⁊ polenta aut frustum oꝛdeacei panis: sed summa voluptas est

posse capere etiam ex his voluptatē τ ad id se duxisse qđ eripere nulla for tune iniquitas possit: tanq̄ dicat q̄ virtus abstinentie tunc summa ē: qñ qui abstinet τ abstinēdo delectatur. ideo gaufre. in poe. Quādo te reficis dapibus nō sis ita plen⁹ vt nihil apponi queat. τ subdit. Non q̄tuz possis sed q̄tum ꝓsit. τ magister seilo. Vis ne inquit conuiuari vis delicijs saturari. Istud tibi p̄sto dictū breue sobrius esto. Naz qui sobrius nō est sed potius edax: brutis comparatᷣ τ corpe nō mente pascitᷣ. vnde oui. li. i. de arte. Certa tibi datur a nobis mē sura bibendi officiū prestent mensq̄ suum. Reuera sobrietatē in se amare habet: in alijs qui querit. Petunt enī oēs patres filios sobrios ac vxores abstinentes. Nunquid ergo vita tenui cōtentari debent. ex quo eā desiderant in hijs quos amant. Nā priamides helenā rapuit speciosissimam sed eaz odio habuisset si auide comedentem ꝓspexisset: q2 scz oēs sobrietatem in suis vxorib⁹ petunt. vñ oui. iij. de arte. Carpe cibos digitis est q̄dam gestus edendi priamides helenam auide si spectet edentē oderit τ dicat stulta rapina mea est. Verūtamen vt frequenti⁹ gula imperat multis ebrietatiq̄ plurimi intendūt: quibus nulla dies leta videtur in qua nō crapulentur. Vtinam attenderent illud tibulli li. ij. Mixtaq̄ sit bacho sobria lympha modo. τ lucanus. Discite q̄ paruo liceat ꝓducere vitam τ q̄tum natura petat: q2 scz edendū est citra saturitatez τ signantᷣ si quis eger fuit: si vitijs aliquibus deditus quinimo viris etiaz studiosis sobria vita competit. vnde eunodius. Sobrietas semper studijs referatur honestis. Nulla fides letis integra nec dubijs amplector sanas que dāt bona femina frōdes. Post culpas anime sunt holocausta dei.

Ca. xi. de ebrietate.



Brietas mentē hebetat: secreta reuelat: gestus deturpat: eloquium scandalizat: nunc leticiam ineptā nunc lites generat: corpis vires exterminat: cadere iubet: bene agere prohibet: requiem impedit: sensum alienat: obliuionē inducit: libidinem mouet: nauseam prouocat. visuz minuit: membrorū tremorem causat: τ ab omni virtute hominē destituit si precipue cōtinuata fuerit. vnde galterus in alexan. li. iij. Rationis vile sepulchrum ebrietas. ob hoc est ouid. de arte. Vina parant animos faciūt q̄ coloribus aptos. Nunc veniūt risus tunc pauper⁹ cornua sumit: tunc dolor τ cure rugaq̄ frontis abit: q2 scz ebrietas sepius colorē τ venustatem extrinsecā ostendit τ lubricitatē decuā querit. et ideo subdit. Jurgia

precipue vino causata caueto: et ni-mium faciles ad fera bella manus. ideo idē.ij.de remedijs. Uina parāt aīos veneri si plurima sumas: vt stu peant mlto corda sepulta mero. bis eteni verbis parēt dāna que p ebrie-tatem generant. vnde sene. ad lucil. epla. lxxxij. Nihil aliud est ebrietas q̄ voluntaria insania. oē vitiū inten-dit et detegit verecundiam remouet v̄ba dabia oculos incertos gressum errantem vertiginē capitis et cetera hmōi causat. Nā ebrij sero oia que vis pmittunt: sz mane obliuioni tra dunt. vnde marcialis cocus: Omnia pmittis cū tota nocte bibisti. Non faciunt quicq̄ pocula nostra reū. Si enim p ebrietatē cōmoditas resulta-ret si vini repletio corporis validita-tem augeret: ebrietas fortassis excu sationem haberet. Ipsa tn̄ oia incō-moda infert: nulliusq̄ honestatꝭ spe-ciem habet. vnde sene. de naturalib⁹ qōnibus. Iubes me inquit cum luxu ria litigare, quotidianū istud et sine ef fectu iurgium est: litigemus tn̄. et sub dit. Ubi inquit est ebrietas continua ibi corpus incalescit: nec ebriosus si-tim extinguit. eius eni sitis nō natu-ralis sed febrilis est: et cor eius luxu-ria coquit. Hij etenim q̄to plus sa-tiari putant tanto magis pocula p-optant: qz effrenatus est appetitus eorū et seclusus ab omni iugo rōnis cū quibus etiā litigare turpiloquiū est: ex quo minime ratio domiat in eis. vnde in prouer. sapientum dicit q absentez ledit qui cū ebrio litigat Nam qui ebrius est lz sit corpore p-sens: nō tamē adest mente: qz vsu ra-tionis caret: eiusq̄ mens absens est nec litiganti adest. Si igitur stultuz est litigare cū absente, quid igit ebri oso petis. Ipsius eni sunt sermones quos pfert: sed crapula suo veneno fauces et linguā deturpans inexecra bilia verba sepius promit: et leticiaz quandā stultam vanā et loquacez gi gnit. vnd simacbus in eplis. Leticia res loquax est atq̄ ostētatrix sui. nā ebriosi cū suis crapulis letificati cuz fuerint iactantias emittunt: laudib⁹ pprijs intendūt et quicquid pferunt stulticia innuit: plurimosq̄ sapiētes ad ignominiā ebrietas deduxit.

Ca. xij. de vitio gule.



Ula supfluitas est. omne aūt supfluum resecandū est: aīs. n. corpori nocet. Gula etenim sua volupta-te animuz allicit ad praua et more serpētino occulta sua venena diffundit. iuxta illud virgi. in bucolicis. Trahit sua quemq̄ volu-ptas. et sequitur. Qui legitis flores et humi nascētia fraga. frigidus: o pue ri fugite hinc latet anguis in herba: qz scz in vita delicata et gulosa vitia venenosa latitant. Nempe in grandi

comessatione scelera crescunt: et caro rebellionis sumit audaciam. vnde petrus de riga. Spiritus ad corpus victus ab hoste redit. Virtutibus animę sic princeps destruit armis. et subdit ad ppositum. Cui parat ipse cocus dans renouansq3 cibos. Nam neq3 quis poterit virtutũ tãgere culmen. Si dominet eis vẽtris iniqu9 amor. Verũtamen mundi sequaces gule studio tantũmodo vacant. et cõuiuiorum adinuentiones excogitant varietatiq3 ciboꝝ studentes in ferculorum abundantijs gloriantur. Hec aũt omnia diogenes pħus spreuisse legitur narrante valerio li.iiij.ca.iij. vt supra dictũ est. Heu quid tibi prodest si ventre repleto pigritare incipias. Si enim comedere gloria tua ẽ: Cur ergo tñ comedisti vt tibi desit gloria tua cũ edere amplius nõ possis. Reuera comessatõ turpis gloria est. Verũtamen qui in ea gloriantur sua gulositate ea priuant. Si enim sobrietatẽ nõ diligis eo q virtus sit salte3 sis sobrius vt comedere petas et edendo delecteris. nam absq3 desiderio manducare nulla cõplacentia est. Discant igitur comessatores euitare gulam vt eorũ gloria l3 inepta nõ perdat. Utinam tñ abstinerẽt nõ comessandi sed penitendi causa propter deum. Id enim quod sine merito facerent in deum referendo sibi pficeret: et fortassis illud onus abstinendo nõ inuenirent quod comessando reportant. vnde tulli. in rhetorica secũda. Comedere inquit oportet vt viuas. nõ tamen viuere vt comedas Sed proh dolor teste sene. li. vij. de naturali questione. Homines non sunt ad pompinam dentibus et ventre et ore contenti: sed etiam oculis gulosi sunt. Ideo seneca ad lucillum epistola. vi. Taurus inquit paucissimorum iugeru3 pascua impletur: et vna silua pluribus elephantibus sufficit. homo vero ex terra pascitur et mari. Uerumtamen non fames hoc ventris facit sed ambitio. Si enim regularet quis vitam suam delectabiliter modico cibo contentaretur. Ciborum enim varietas et delicacitas sepius opinione potius q re placere creditur. Nã plurimi cibos magnis sumptibus sibi iubent deportari. quibus tamen accidit: vt eo postponat ferculis quotidianis quibus vti soliti fuerunt. vnde quintilianus libro. viij. In grãdibus cenis hoc sepe nobis accidit: vt cum optimis satiati sumus. varietas tamen ex vilioribus quandoq3 nobis grata est. ita q3 edacitas nõ necessitate aut bonitate: sed potius voluptate fertur. Unde lucanus. O prodiga rerum luxuries nunquam paruo contenta paratu: ambitiosa fames: et laute gloria mense: discite quam paruo liceat producere vitam. Et eunodius. Tubera: perdices: grus: turtur: et huius non explent vterum corpa

mille tuum: quasi dicat ꝙ gulosi sa- tiari nō possunt: cum tamē venter hu manus modicus existat. ideo martia lis cocus. Liber nō potes ⁊ gulosus esse: liber eris cenare foris si maxime nolis vegentana tuam si domet vua sitim. Que verba nil aliud sonant: ni si ꝙ vir gulosus seruus est ⁊ subie- ctus castrimargie ⁊ auiditati que se pius ꝓuenit ex cōuiuijs forinse qui- bus hoīs regula violatur. Ob hanc enim causam legimus augustinū ex tra domum ꝓpriam cōuiuari noluis se. Naꝫ teste petronio, ingeniosa gu la est: debet ergo cōtentari homo id sumere quod pro vita satis est. vnde bernardus siluester in microcosmo. Effluit occiduo corpe totus hō. Sic sibi deficiens pegrinis indiget escis. Sudat in hoc vitam denihilatq; di- es: q2 scꝫ transit homo vitam: diesq; suos cuꝫ cibo mortali quo vti habet. Magna igitur ineptitudo est cum epicuris in cōmessatione glām cōsti tuere qua omne bonum corporis et anime retardatur.

Caplm. xiij. de penitentia nō dif- ferenda.



Enitētia medicina est anime in remediū pec- catorum. Quam gra- ue est igit infirmo me dicinam expectare taꝫ onerosum magis est sapiēti aut esse debet penitentiam delictis ꝓpiciaꝫ differri. sene. li. de morib⁹. Multos inquit vitam differētes mors incer- ta preuenit. Omnis itaq; dies velut vltimus ordinandus est: itaq; nulla dilatio faciēda est. idem sene. episto- la pma ad lucil. Quicquid īquit eta- tis est mors tenet. Stultum est igit differre id quod te postmoduꝫ posse facere nescis. ⁊ epla. lxxi. Id agam⁹ vt omne tps nostruꝫ sit quod nō erit nisi prius nostrū esse reparemus. ⁊ li bro. v. de benefi. Quis extremo die audeat dicere vixi ⁊ quē dederat cur sum fortuna peregi. Hoc enim dice- re nō possunt qui penitere differunt qui bene agere ꝓcrastinant. tales. n. nō viuunt sed languent: q2 teste oui. de ponto. Nā genus est mortis ma le viuere. O igitur ꝙ reprimenda eo rum stulticia qui de die in diem se vi cturos putant insipiētibusq; dilatio nibus totam vitā absq; meritis ter- minant. de quibus marcialis cocus. Cras te victurum cras dicis postu- me semp. Dic mihi cras istud postu- me qñ venit. ⁊ subdit. Quā lōge cras istud vbi est aut vnde petendū. Nun ꝙ apud partos armenosq; latet. hoc cras: cras istud ꝙti dic mihi possit emi. ⁊ ꝯcludit. Crede mihi nō est sa- pientis dicere viuā. Hec tñ insipien- tia hoīm est qđ in spe transeunt dies suos: ⁊ vsq; ad senectuteꝫ absq; bo- nis moribus ꝑueniūt. sene. epl'a. xiij. ad lucil. Quid turpius ꝙ senex viue

re incipiens. et epistola. xxiij. Quidaz tunc viuere incipiūt cū desinendū est et epl'a. vi. Ante senectutē curaui: vt bene viuerem vt in illa bene moriar. Reuera prudētes hoc faciunt: q2 diē absq3 bono ope aut penitentia abire nō pmittunt quod facere stulti negligunt. vñ possidonius. Unus inqt dies hoīm eruditorū plus placet q̄ imperiti longissima tpa. Sed vñ plurium gignit' stulticia: ita etiā vt in nō certo tpe cōfidant. Hoc eniz ideo accidit vl' q2 tanq̄ bruta sine cōsideratione mortis viuunt aut vitā futurā nō sperant aut deū iudicē nō credunt vl' peccata sua grauia nō putant: vl' ppter spem misericordie diuine penitere nō curant qd̄ tñ gentiles plurimi fecisse legunt'. vnde sene. ad lucil. epl'a. xxviij. Initiū inquit salutis est noticia peccati. Nam q̄ peccare se nescit corrigi nō vult. ideo q̄tuz potes teipm argue. sc3 p penitentiā: q2 teste eodē sene. in agamenōne. Quem penitet peccasse pene innocēs est. vñ li. de moribus. Alteri semp ignoscito tibiipsi nunq̄: q2 sc3 vnusquisq3 p delicto semp penitere habet. Ille autem penitet cui verecundia delicti adest. vnde socrates. Peccatum geminat quod nō est pudibundū. ideo ouidius in epl'is. Erubui gremioq3 pudor deiecit ocellos. Hec sacris in tacita signa fatētis erant. et. ij. de tristibus. Heu mihi cur vidi cur noxia lumina flexi. His verbis manifeste apparet gentiles p suis delictis penituisse. Peraplius ergo gens christiana p criminibus penitere tenetur cum sit ex gratia obligatior: in lege celsior: in spe potior: in vocatiōe specialior. Assit igitur p sceleribus penitentia vt sine dilatione euanescant vnde sedulius lib. i. Culpa fugit cedunt lachrymis delicta refusis. et psper li. epigram. Conuerti namq3 ad dominum certissima vita est. Et pacem offensi querere solo salus. Qui terret parcit qui pcutit ipse medetur sc3 per penitentiam.

Ca. xiiij. de liberalitate.



Liberalitas vēdicat amorem et homines ad magnos pmouet honores. vnde liberalitatem describit didimus ad alexan. Liberalitas est rei cōmunicatio nesciens pati dispendium cū in alterū participata transfundit'. et sicut ex vna face si lumina plurima succēdis nulluz dāmnum sequit': sic nec liberalitatis beneficiū incōmodū affert. dicente boe. ij. de cōsola. Diuine inquit magis effundēdo q̄ cobacervando nitent. tunc eniz pciosa est pecunia cū translata in alios largiendi vsu d̄sinit possideri. Auaritia semper odiosos claros largitas facit. vñ cassiodorus epl'a. iiij. Libenter inqt omnibus prebeamus assensum: quo

tiens iusta est vox poscentiū nec decet esse difficile beneficium quod nō patitur largitate detrimentū. Vn̄ tn̄ liberales putandi nō sunt: quorū largitas et vt melius dicam expensa immoderata est sub prodigalitate: aut cum reciproca vtilitate. vnde seneca li. p̄mo. de benefi. Commēdat beneficium nō ex quātitate muneris sed ex voluntate beneficiū inquit est beniuola actio: spōtanea atq̄ gaudiosa nec refert quid detur: sȝ qua mente. et subdit. Magis inquit nos obligat qui parua dedit magnifice et libēter q̄ qui dando se accepturuȝ putauit muneris sui occasione. vnde varro ex sententijs. Ex animo dantis cēsetur munus magnū. et in ꝓuer. sapientum dicitur: q̄ bis datum est qđ opus est: q2 scȝ muneris circunstantia bona est: quando qui dat indigentiam respicit accipientis. His eteniȝ documētis clare apparet beneficia eo fieri laudabiliora: quo fiunt discretius animoq̄ meliori. vnde mathe⁹ in lib: de thobia. Affectus preit effectum: nō aspice q̄tum sed fluat ex q̄ta sedulitate datuȝ. et subdit. Verus amicus dantis in affectu nō datione patet. Da cito da gratis gratum ne gratia fiat venalis: grato munere: gratus eris: ꝓdigus mensurā excedit largus honori seruit fructificat ꝑcus auar⁹ eget: et ancilla dei simplex elemosyna mortis antidotum veniе porta salutis iter liberat a mortis la queis elemosyna sordes abluit actori dulce perorat opus vitam ꝑpetuat venturum prestat honorem. vnde marcialis cocus grande sui precium muneris actor habet. Quas dederī solas semper habebis opes. Erubescant igitur auari sua largiri timētes Nam terrena possessio solum cōmodata est quam distribuere recusant īperante domino cuius est. Vult eniȝ deus vt pauper nō egeat hijs que in sua potestate posita sunt. Verum distributio sapienter et caute facienda est. Nam iuste et merito iusto largiēda est facultas sue necessitati succurrens. Itaq̄ cōsiderare oportet ꝑsonam tp̄s facultatem obsequia impēsa et huiusmodi que liberalitatē concernunt. tullius li. i. de offi. Liberalitas inquit et beneficentia nihil est nature hominis accōmodatius: sed habet multas cautiones. Videndū est enim primum ne obsit benignitas et hijs ipsis quibus benigne videtur fieri et ceteris. Sunt enim multi equideȝ cupidi splendoris et glorie qui alijs eripiunt quod alijs largiant: et sic alijs nocent: vt in alios liberales existant. Nos autē ea liberalitates vtamur que amicis ꝓsit et nemini nocet. Deinde attendamus ne maior sit liberalitas q̄ facultas. et tandem vt pro dignitate cuiq̄ tribuatur quod est fundamētum iusticie: nihil enim liberale est quod nō est iustum. Deinde spectandi sunt mores eius in quē

beneficium confertur ꝛ animus eius erga nos ꝛ communitas ac societas vite ꝛ ad nostras vtilitates officia ꝑ us collata. hec tullius. ¶Commemoremus tamen temporis huius largitiones. Rapiunt enim principantes a laborantibus vt distribuant pigritantibus nec cernunt persone qualitatem sed propriam voluntatem ea ꝙ sepius prebent que dare illicitum est. nō tamen liberalitas est iniustuꝫ munus cōferre. seneca libro de beneficijs. Nociua inquit nō dare imperantibus sed negare beneficium existimamus. Nam turpissimi damni genus est inconsulta dominatio: graniusqꝫ est beneficium male dedisse. ideo catho. ¶Cui des videto. ꝛ macrobius in libro saturnalium. Beneficium daudo accepit qui digno dedit Itaqꝫ consulte ꝛ prouide largienda sunt bona collata nobis. Nūc tamē hoc contingere videmus ꝙ solis diuitibus munera dantur: nec dant diuites egentibus: sed egentes diuitibus prebent. iuxta illud terentij in phormione. Quam inique comparatum est: vt hij qui minus habent semper aliquid ditioribus addāt. ꝛ marcialis cocus. Dant̄ opes nullis nunc nisi diuitibus.

¶Capitulum decimumquintuꝫ de beneficijs cito et gratuite dandis;



Beneficiuꝫ eo gratius quo citius et sine spe mercedis tribuit̄. vnde seneca. ij. de benefi. Ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis hesit. Grauissimis inquit viris nulla res carior constat ꝙ que precibꝰ empta est. Molestū est verbum ꝛ onerosum demisso vultu dicere rogo. ita ꝙ maioris gratie munus est quo minus diu pependit. Ab antigono enī cynicus petijt talentū ꝛ respōdit antigonus plus esse ꝙ cynicus petere deberet. Repulsus ergo petijt denariuꝫ ꝛ respōdit antigonus: minus eē ꝙ regem deberet dare. Turpissima certe huiꝰ cauillatio qua inuenit quō neutrū daret in denario regē in talēto cynicuꝫ respexit cū posset denariū tanꝙ cynico dare ꝛ talētū tanꝙ rex nihil eniꝫ tam exiguū est qd̄ nō honeste regis humanitas tribuat. Ex quibus apparet ꝙ vir liberalis dilationis occasionē q̄rere nō dꝫ sed ꝓ̄sto id cōicare qd̄ decēs ꝓcernit. nec tñ dandi tanta dꝫ eē velocitas ꝛ incōsulta fiat donatio sꝫ deliberatōe ꝓ̄habita. Si munus h̄ exigat munus dandū cito ꝛ hilariter dꝫ impēdi. vñ sene. li. i. de bñfi. eos rep̄hendit q̄ difficulter ꝛ displicēter dant: aut q̄ fatigati distribuunt: aut qui inconsulti impendunt. vnde Antigonus inquit. Aut donum distulit aut timide negauit: aut ꝓmisit sꝫ difficulter ꝛ supductis

supcilijs: aut supbia abiecit aut fatigatus dedit. His enim modis munera libere nō impēdunt: nec tñ deliberatio re pbanda est: qr qui stulte aliquid pbet laudem nō meretur: et qui inuite prebet gratias habere nō debet. vnde varro in suis sen. Ficte referat quis gratiā inuite dāti quod vix datum est: ne putes beneficium: sed predaʒ semel dedit qui rogatus bis nō acquieuit: extorquere aūt est pluꝰqꝫ semel rogare. vnde eunodius Argumentū est nō merentis rogare diu. ⁊ in puer. sapientuʒ. Beneficiū vere bis dat qui celeriter dat. ⁊ catho Quod prestare potes ne bis promiseris vlli. Plurimos tñ nouimus quibus mos est plurima pmittere ⁊ modica dare: ⁊ si quid dederint hoc dāt fastidio: aut pre pudore aut p sperato seruitio vl' mercede: in quibus nulla liberalitas est: qr nil dant sponte absqꝫ reciproco munere: ⁊ si quid dederint ad iproperant ⁊ homines pꝰus seruo fieri suadent. Verūtamen teste sene. ij. de benefi. Taceat qui beneficium dedit narret qui accepit. ⁊ li. iij. Qui dat beneficia deū imitatur. qui aūt repetit fenerator est. ⁊ terentius in andria. Frequēs commemoratio beneficij exprobatio eius ē. vnde tullius li. de amicitia. Meminisse inqt debet beneficiorum ipe in quem collata sunt: nō cōmemorare autem qui contulit. ⁊ in prouer. sapientum. Beneficium qui se dedisse dicit petit. vñ stoici a collatore dixerunt beneficiuʒ nō debere predicari: put narrat seneca li. vij. de beneficijs. ⁊ marcialis cocus. Que mihi prestiteris in euum sempqꝫ tenebo. ⁊ subdit. Crede mihi qꝫuis ingētia postume dones. Actoris pereunt garrulitate sui. Quot sunt enim qui distribuere nil vellent: nisi famam vl' cōmoditatē exinde se habituros sperarent. Jactantijs qꝫ tumescunt ⁊ in omni couiuio que dedere ⁊ que nō referunt: ⁊ si quid dederint hoc ideo faciunt vt cultibus ⁊ reuerentijs venerentur. Horum eniʒ munera beneficia nō sunt: qr nō alteri sed sibi pdesse querunt. Verumtamen beneficiū gratuitum esse debet ⁊ sine spe reciproce vtilitatꝭ. vnde seneca. ij. de benefi. Hec beneficij inter duos lex est. alter enim obliuisci statim debet ⁊ alter memor eē accepti. ⁊ subdit. Detrahenda est inanis iactatio: resqꝫ loquātur nobis tacentibus. nam teste varrone in suis sentētijs. Turpissimum est in datis sperare. ⁊ in prouer. sapientum dicitur qꝫ pulcherrimum est oīa prestare nihil exigēdo. Attēdere nihilominus hñt bñficia q̄ pbent nō solū vt cōmodū ex dato nō sperent: sʒ etiā vt bonꝰ sit ipe cui beneficium impēdunt: qr teste seneca. v. de benef. Nullus malo beneficium dare potest: qr quicquid ad illum peruenit prauo vsu corrumpit: ⁊ quicquid illi cōmiseris id onus suū ⁊ miseriam facit. Quecunqꝫ enim il-

lis contingunt in suam miseriam vertunt. ideo tullius li. ij. de officijs. In beneficijs inquit collaudandis mores hominū nō fortunam sequi honesta ratio est. Attēdat ergo beneficij collator psone qualitatē; nullamq exigat commoditatem.

Capitulum. xvi. de beneficijs cognoscendis.



Sicut illiberalis est qui sub spe mercedis munera prebet: sic ingratus: nulloq beneficio dignus est qui susceptum nō cognoscit beneficium. Plurimum enim ingratitudo munera dari phibet et hominum liberalitatem executione carere iubet. vnde in prouer. sapientum dicitur: q ingratus vnus miseris omnibus nocet. Reuera beneficiorū memoria fragilis est. seneca ad lucillum. Nullū inquit maius malum habet cupiditas q̄ q ingrata est ppter obliuionē acceptorum. Uerum multi munera prebentes ingratos eos faciunt quib' dant eo q de ipsis diffidunt: et se perdidisse quod dederūt dicunt iuxta illud senece pmo de benefi. Multos quidē ingratos expimur sed plures facim'. Ipse enim pdit beneficia qui se perdidisse cito credit. Nihilominus tñ turpissimū est ingratitudinis vitium mētemq molestat ingratam iuxta illud sene. epl'a. xvi. ad lucillū. Torquet inquit se ingratus et marcet. oditq̄ accepit: qr redditurus est beneficia: faciem exterminat et iniurias dilatat et auget. Uerūtamen sapiens beneficium cōmendat. et qui gratus est assidua cōmemoratōe delectat. qui etiā beneficiū dedit ex ingratitudine prudens si fuerit nō anxiat: ingratitudinēq nulli imputat nisi fortune et benigne interpretando suffert: nec mutat animū suum aduersus bene meritos. Sed pch dolor plurium ingratitudo hoc penetrauit excidium: vt benefacere primo videat pluribus periculum. Nam beneficia q̄ susceperūt frequēter solent eos fugere a q̄bus susceperunt pre pudore quem gignit supbia ingratitudinis mater. Alij vero suscepto vno bñficio ad aliud mox absq rubore currunt: et beneficentiā munificior in fastidium vertunt. Alij vero beneficiū cū susceperint supbie pferentium ascribūt: illosq infamāt a q̄bus acceperunt affirmantes ex muneribus nō nisi gloriā querere et fastū. Alij vero q̄ beneficia suscipiunt indigentie cōferentium attribuūt. Nam penes se dicūt: ideo his dedit: qr me eget vl' indigebit. Nouit enī aut aliquo sibi pficere posse aut mee familie sperat obsequiū. Dicunt etiam plures beneficia cōferri laudis sub pretextu. Dicunt enī dona ipis ideo fieri: vt surripiatur vxor cum pulchra sit vel vt filia rapiatur; aut vt ancilla se

ducatur:famulus substrabat:vel vt familiaritate secretum aliquod elicia tur. His etenī modis plurimi bene/ficia que etiā gratis dantur in vene/num ⁊ obprobriū mutant. itaqꝫ mu/nificentiā plurium retardāt. Rursus alij dona cū acceperint minime reco/gnoscunt:sed quod mutuo suscepe/runt sibi dari cōtendunt restituereqꝫ recusant. ideo seneca pmo de benefi. Docendi sunt inquit qui libenter ac/cipiunt libenter reddere ⁊ eos qbus obligati sunt re animoqꝫ nō tm̄ equa re sed etiā vincere. vnde eodem teste sene. iiij. de benefi. Quidaꝫ inquit cū aliquid susceperint nihil se debere te stantur. Alij vero mutuū susceptum mox remittunt ne videant debitores fieri:sed nimis cito soluere cupit inui tus debet:⁊ qui inuitus debet ingra tus est quod ita intelligas:q² inuite debere sepius quedam superbia est. humilis aūt bonis obligari nō debꝫ vereri. ⁊ quedaꝫ ingratitudo est mu tuo aliquid capere absqꝫ vsu illius: nisi cā non indigentie appareat qua comparāte mutuuꝫ fieri nō debebat sicut enim qui concedit vult sibi mu/tuum reddi:sic etiam ex vsu capto be niuolentiā sperat. Ingratus est igit qui nō reddit quod accepit. Ingra/tus etiam qui mutuate rei vsum con temnit:vterqꝫ enim fraudat largito rem. vnde methodorus. Beneficia inquit crescūt mora:⁊ tanto plus sol uendum est q̄to tardius. ⁊ subdit ad propositū. Ingratus est inquit qui beneficiū reddit absqꝫ vsu. Naꝫ sepe quod datur exiguū est:quod aūt seq tur ex eo magnum. Pulcherrimum est tñ cū feruore moderato data red/dit:vt inquit varro in suis sententijs. Sꝫ quomodo ista ꝯuenire possunt vnus enim docet mutuate rei vsum capere aliud suadet cito reddere. Re uera vsum mutui spernere ingratitu do ⁊ superbia ⁊ cito nō reddere facul tate habita etiam ingratitudo est. il/le autē cito reddit qui vsu capto con uentionis tempore oportuno restitu it. qui vero dedignat vsum accipere cōuentionisqꝫ tenere formam nō di/co ꝙ cito sed nimis cito reddit. nam qui mutuat nō solū id sperat qd lar/gitur sibi restitui:sed beniuolentiam fidē ⁊ amorem exinde captare licite intendit. Absit tamē vt munus reci/procum expectet. absit etiā qui rece/pit vt soluere contēdat. Deis fortas/sis te accepisse quod reddere non po tes:aut enim te posse dum accepisti sperasti aut nō:si hoc sperasti fortu/na improuisa est te nō posse. Spera igitur ꝙ tue fortune miserebit ipse a quo accepisti. qui si recuset fortunaꝫ patiēter patere:cuius mos est insta bileꝫ esse. Si vero te reddere nō pos se prescíuisti:cur ergo accepisti. nam fraudasti tuum largitorem. vnde in ꝓuer. sapientum dicitur ꝙ fraus est accipere quod non possis reddere. et subdit. Plurima beneficia accipit q̄

scit reddere. ideo catho. Beneficij accepti memor esto. vnde refert seneca φ rex archelaus frequenter socratem inuitauit vt eu3 honorare posset sed socrates renuebat dicens se nolle ab eo beneficia accipere cui nō posset paria reddere. His ergo documētis colligit φ gratus est τ qui beneficium reddit τ qui suscepti beneficij vsum nō respuit. Aliud tamē est beneficium petere: aliud est beneficiu3 datum capere. Non decet eni3 vt diues pauperi petat. Decens est tamē vt munus a paupere datum gratanter accipiatur. iuxta illud catbonis. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus. Accipito placide pleue τ laudare memento;

Capitulum. xvij. de sufficientia τ paupertate.



Ditissimus est sufficiēcia3 qui habet nec est indigentia: nisi ex immodesto appetitu. nā stultum est appetere quod habere nō possis. si aūt habere potes tibi hoc posse sufficiat. Nil enim aliud petunt hoīes etiam sepius ambitiosi. Si enim ex insufficientia aut molesta paupertate bonum aliquod cōtingeret: tunc fortassis irreprehensibiles essent hij qui diuitias iugiter desiderant aut qui rerum modicitatem habent: sed hec nō nisi angustiam prebent homoq3 contentus p sufficientiā rebus ex modicis fit letior τ hylarior diuitibus continuis desiderijs vacātibus: quoru3 mens inquieta tristis τ sollicita est. rebusq3 suis pre cupiditate non audent: s3 hijs aggregāt q̄bus postremo sunt in derisum. Contētare igit̄ exigua domo tua τ i pace viuas his vtendo q̄ tibi sufficere debent. vñ q̄n til. cā. xij. Humilē inquit tuguriū cu3 sufficientia regnum facit. τ varro in suis sentētijs. Non essemus pauperes si nesciremus quid esset paupertas. Illi aūt quid sit paupertas nesciunt qui suā modicitatē mediante sufficiētia paptatem nō arbitrant̄: q2 teste valerio. iiij. ca. iiij. Omnia nimirū hz bet qui nihil cōcupiscit eo quidē certius quo cūcta possidet: q2 dñium reru3 collabi solet. bone mētis vsurpatio nullum tristioris fortune recipit cursum. τ seneca epl'a. i. ad lucil. Nō puto pauperem cui q̄tulūcunq3 satis est. τ idem epl'a. ij. Pauper est nō qui paru3 habet sed qui multū cupit Quid enim refert q̄tum in horreis iaceat τc. τ subdit. Optimus inquit diuitiarum modus est habere quod necesse est: τ proximus habere quod satis est. idem epistola. iiij. Magne inquit diuitie sunt composita paupertas lege nature. Nam lex nature scit quo egeamus. Petit enim non esurire: non sitire: non algere: Sed non est necesse maria transire:

castra sequi: aut ex forma pendere. ideo plautus in aulularia. Sibimet esse sufficientē pmum bonū est. Posco enim vt attēdamus veterum sufficientiaz paupertatemq placitam Nam de diogene refert seneca q potentior erat alexandro oīa possidente q: plus erat q iste nollet accipere q̄ qd ille posset dare. De isto diogene valer. iiij. c. iij. narrat q alexāder qui cognomen inuicti assecutus est continentiaz diogenis cynici vincere nō potuit. ꝛ ibidem refert q cum siracusis diogenes olera lauaret aristipp9 ei dixit. Si inquit dionysium adulare velles nō ista esses: cui diogenes. Et si ita velles esse dionysiū nō adulares. vnde hieronymus cōtra iouinianum de diogene refert q duplici pallio vsus fuit ppter frigus peram pro cellario habuit: ꝛ clauā ob fragilitatem ꝛ senectutē ad membra sustētanda ferebat in dolio volubili se habere domuz tocabat ꝛ in vestibulis portarū morabatur. tēporeq frigoris os dolij vertebat in meridiem. et iuxta motū solis voluebat. ꝛ cū quēdam puerum manu bibentem vidisset. tunc vasculum suū ad terram proiecit dicens. Nesciebaz inquit q natura poculum haberet. Ecce quāta sufficientia ꝛ q̄ leta paupertas. vnd tullius in libro de amicitia. Honesta inquit res ē leta paupertas. Illa vero nō est paupertas si leta nō est: sed miseria. Si enim alicui sua nō videntur amplissima: lz etiam totius mundi dominus sit: tamē miser est. ꝛ ideꝫ tullius in paradoxis. Contētum esse rebus suis optime certissimeq sunt diuitie. Queso enim vt ad naturam viuas nunq̄ porro pauper eris: sed ad opinionē si vixeris nunq̄ eris diues. Nam exiguum desiderat natura opinio immēsum multisq parasse diuitias miseria fuit. Reuera penes me cōsimiles sententias sepe reuoluēs didici q tanto quis est infelicior pauperior ꝛ miserior: quāto de operibus ꝯtinendis curiosior. Quosdam etenim noui quorum totū studium ditari fuit: nō quidem per insufficientiam sed per abundātiam. quib9 etiam cura nō fuit quo pacto vl qua fraude facultatem sibi aggregarent eorūq somnia de solis nūmis erant turpiq conquestu etiam notorio repleri nō erubescant: qui tamē in plenitudine desideriorum suorū decesserunt: ꝛ ad mortem dum agonizarēt sollicitudo eorum tota de suis facultatibus erat: ꝛ ex fraudis timore lectum fieri petebāt in loco plenitudinis bonorum suorū: pluribusq monentibus de salute vt cogitarent audire cōtemnebant. itaq in suis infelicissimis desiderijs vitam vt de9 scit terminabāt: vtinā feliciter. O mala cupiditas: o desideriū insatiabile cur hominem ita inuoluis. Non potest enim corpus: nisi vestes modicas ferre: paucisq cibis pascitur venter.

Abscedat ergo infesta cupiditas et leta pauptate vitā manuducamus. dicente catho. Infantē nudū cum te natura creauit. Paupratis onus patienter ferre memēto. Quod nimiuz est fugito paruo gaudere memento. Commoda nature nullo tibi tpe deerunt. Si contentus eo fueris quod postulat vsus. r gaufre. in poe. liber is est. Vitijs qui nō inseruit abūdans cui satis est quod habet. satis illum cōstat habere: pauper autem est qui plus cupit. vnde galte. li. iiij. in alexādrei. Animū nullius egentē nō res efficiunt sz sufficientia q̄uis sit modicum si sufficiat nullius egebit. r matheus de thobia. Non rez cumulus sed sufficiētia ditat. Si tibi sufficiāt paucula diues eris.

Ca. xviij. de auaritia vitanda.



Auaritia abisso comparatur insatiabilis. sicut aūt aquas sine fine deglutit: sic auaro nihil sufficit. nam teste salustio in cati. Auaritia fidem r pbitatem ceterasqz bonas artes subuertit r p hijs supbiam crudelitatē deum negligere: oīaqz venialia habere docuit: auaritia pecunie studiuz hz quā nemo sapiens cupiuit. hec virilē effeminat insatiabilis est nec copia vl' inopia minuit. vñ sene. de clamatiōib' li. iij. Muliebriū viroz fundamentū est auaritia. r idem sene. ad luci. epl'a lxxiij. Stulta inquit auaritia mortalium pprietatē discernit: nec quicq̄ suū esse credit: qz semp diffidit. Quā obrem quintil. li. viij. Eque deest auaro quod hz: sicut qd nō habet: qz teste boe. ij. de pso. Auaritie nihil est satis. vnde tul. li. ij. de offi. Nulluz vitium deterius est auaritia. r li. de senectute. Quid inquit auaritia senilis sibi velit nō intelligo. quid enī absurdius esse pōt q̄ quo minus restet vie eo plus viatici querere. quod faciūt aliqui senes qui q̄to sunt seniores q̄to minus sunt victuri tanto fiunt cupidiores. Cesset igitur cesset auaritia in aīo tuo: qz teste tulli. rheto. ij. Auaritia oēm hoīez ad quoduis maleficium impellit. vñ vale. li. ix. ca. iiij. Auaricia inquit est latentiū indagatrix lucroꝝ manifeste prede auidissima vorago: neqz habēdi fructu felix r cupiditate querendi miseriam. hec enim plurimos occidi suasit: r ad desperationem plurimos induxit. vnde refert q̄ cū septimulus pter multitudinem auri r argenti in mari se periturū videret: maluit mergi q̄ suas opes in mare proijci. Hic enim diuitias nō possedit: sed ab eis possessus est. titulo rex insule aīo pecunie miserabile mancipiū. Auarus naqz plus q̄ in deo in suis opibus confidit: nulliqz proficere curat ex his que habet pauperes odit r diuitibus etiam nō amicatur. vnde in puer. sapientum.

Auarus nisi cum moritur nihil recte facit nec pōt auaro fere peius optari ꝙ vt diu viuat. Nulli eniꝫ auarus bonus est; sed inopi pessimus: negādi causa nunꝙ auaro deficit. sapienti tamen congruit pecunie imperare nō seruire. naꝫ pecunia nō satiat ſꝫ irritat. vnde horatius in pmo epistola rnm epl'a. ij. Semꝑ auarus eget certum voto pete finem. ob hoc versificator. Cur homo qui cinis es ꝑ auarttiam sepelis es. Cur heres aeris qui nō eris heres. Quādo sepultus eris possessor nō eris aeris. Dici sepe putes tu q̄ sub marmore putes. Nō hodie quod heri nouus heres impe rat aeri. Sed ad hoc hoies nō attendunt nec cōsiderant diem extremuꝫ in quo oīa deserent. vnde galterus viij. in alexan. Quid tibi diuicijs opꝰ est. ⁊ subdit. Quāto tibi plura parasti tanto plura petis ⁊ habendis acrius ardes. ⁊ ouidius. i. methamor. Effodiuntur opes irritamenta maloꝝ Jamqꝫ nocens ferrū. ferroqꝫ nocentius aurū. ⁊ li. iij. Jnopem me copia fecit. ⁊ libro. ij. Auarus vix opes ipse suas aīo capit. ⁊ maximianus. Partis pena est incūbere rebus quas cū possideas est violare nefas. efficior custos rerum magis ipse mearꝫ: conseruans alijs que periere mihi. ⁊ semper retinēs nil timuisse puto. auri cecus amor natiuum vincit amorem. ⁊ ouidius secundo sine titulo. Querit auarus opes ⁊ qui lassauit eundo equora periuro naufragus ore bibit: q2 scilicet mare sepius absorbet ꝙ auari magnis laboribus coacer uant. Vij etenim bona quedam tanta auiditate quandoqꝫ tam diu custodiunt qd perduntur consummuntur: aut saltem deteriorantur: pauperibusqꝫ dare nolunt ea quibus vti nō possunt. de quibus iuuenalis li. v. satyra. ij. dicit. Diuites bona plurima custodire qui pretermittunt pauperibus erogare. ideo sic ait. Sed quo diuitias hec per tormenta coactas. Cum furor haud dubius cuꝫ sit manifesta frenesis: vt locuples moriarꝫ egenti viuere fato. Jnterea pleno cū turget saccul9 ore. Crescit amor nūmi ꝙtum ipa pecunia crescit. Et minus hanc optat qui nō habet. Tantis parata malis cura maiore metuqꝫ seruantur. Misera est magni custodia census. tullius rhetorica pma Cupiditas est genus omniū libidinum. ⁊ in prouer. sapientum. Cupiditates fugere regnū est vincere. valerius. vij. Jnutiliter aliquid cupere ⁊ in eo ꝑseuerauter morari: hec dulcedo vicina est exitio. ideo seneca ad lucillum epistola. xxviij. Nemo inq̄t nostrum idem est quod fuit pridie. Nam quicquid vides currit cū tempore nihilqꝫ stabile vl' solidum est: et nos tamē ea cupimus tanꝙ sint semper ꝓspera nobis: aut tanꝙ simus ea semper habituri. Reuera hac auaritie conditio est in egestaste cupere:

τ bonis aduenientibus peramplius desiderare. tullius. li. de paradox. paradoxo p̄mo: neq̨ expletur vnq̄ neq̨ satiatur cupiditatis sitis: nec solū agendi ea que habent libidine cruciantur homines sed etiam amittendi metu. vnde didimus ad alexandrum Est inquit ferocissima pestis cupiditas que solēt homines egenos quos capit efficere. Omnis enim cupidus egenus est: q2 τ si bona habet ipsis nō audet vti. vnde refert elinandus q̄ in obsidione hannibalis treccenti p̄nestini reclusi fuerunt: victualibusq̨ carebant: cumq̨ tamen inter eos auarus quidam murē accepisset maluit alteri cuidam ꝓ ducentis denarijs vendere q̄ sue fami ꝓuidere. ita q̨ ipē auarus cū ducentis denarijs fame mortuus est: sed emptor dei ꝓuidentia vixit. Ecce q̄ta cupiditas que hominem ita detinuit vt potius seruiret cupiditati q̄ proprie saluti. vnde lucanus. li. iij. Ferum morteq̨ timere auri nescit amor. τ virgilius iij. eneides. Quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. ideo catho. Dilige denariū sed parce dilige formam. Jlli enim parce denariorū formam diligunt qui pro sola necessitate querunt. Sed formam illi deside rant qui denarios vendicant nō pro necessitate sed ꝓ superflua auiditate: quod faciunt diuites. iuxta illud petronij. Hoc magis sitiens erit ola cernens. Qui tenet τ sicco decoquit ore famē. τ marcialis cocus. Fortuna multis dat nimis nulli vero satis signanter auaris. prosper in epigrā. Nec pax sollicitis: nec modus est cupidis. τ magister seilo. Non bene dignus equo cui carior ē equus equo: quod tñ accidit auaris qui res vltra equum id est iustum diligunt.

Ca. xix. de rapina τ fraude.



Raptor nil licite suo raptu cōqueстat. Quicquid enī pretextu fraudis acquirit male possidetur. tul. iij. de offi. Detrahere aliquid alteri τ hoīem hominis incōmodo suū cōmodū augere magis est cōtra naturam q̄ mors q̄ paupertas q̄ dolor q̄ cetera que possunt aut corpi accidere aut rebus externis. τ philippica. ij. Male inq̄t parta male dilabunt. Nempe difficile est vt quis ex rapina ꝓsperet. si quis enī suis diebus gaudere videat hijs q̄ rapuit: eius tñ ꝓsperitas aut nō erit diuturna: aut in successoribus nō durabit. iuxta illud sene. ad lucil. Nulli inquit cui rapina feliciter cessit gaudium rapti durat imposteris. Nec mirum q2 nullum violentū perpetuum. Rursusq̨ mirum apparet: atq̨ displicibile nimis eos videre maiores raptores. Quibus bonorum plenitudo maior collata est. et qui possessionibus amplioribus

feruntur: rapere pauperibus sollici-tantur. quinimo et raptores a rapto-ribus rapiunt. vnde plautus in aulu-la. Sepe condita luporum fiũt rapine vulpium. itaq; vulpes quãq; lupis ra-piunt ea que lupi rapuerunt. hoc enĩ merito cõtingit vt arte praua artifex pereat sua. deforme est tñ virtus glo-riam magnitudine prede minuere. Sed pch dolor diebus istis rapere multis nõ apparet pudibundum: quã magni latrones latronũ sunt iudices eosq; nõ castigant quorum preda affer-tur eis: sed solum illos et iudicant et ri-gore se sentẽtiant quorum rapine eis nõ suffragant. Quod enĩ regibus et principibus seruiũt raptores qui pau-perum bona nunc ppria auctoritate nunc stolida temeritate tollũt. quãq; etenim debita negant et negare si ne-queant: ad satisfactionẽ cogi nõ for-midant: quia fauorem iudicũ sentiunt: minas inferũt et verbera sepe: omnis-q; extorsionis vias excogitãt: et hoc fortassis quia suos dños paria vel maio-ra facere vident. vnde illud ouidij. i. met de amor. Accidisse videt viuit ex rapto nõ hospes ab hospite tutus. et idem ouidius li. i. sine titulo. Fit cito p multas pda petita manus. Utinã qui rapiunt illud attenderent qd ara-tor li. i. Auri cessset amor qui pectora semp adurit. Quo rapitur mortale genus quo pullulat omne. De radi-ce malum cum vis violentius ardet Ambitio crescit: stimulãtq; rapinis addita lucra famem. O igitur rapto-res attendite seculi diuitias transito-rias fore. Cur ergo in perditione ani-marum rapitis. Quid enim prodest habere quod alterius est: et perpetuo obligari aut restituere: alis enim mor-te mala moritur raptor. Uerum cu-piditas mundi homines fere singu-los predomat. superbia quoq; ad ra-pinam plures inducit: quia plurimi ex fastu assueto statum quem nequeunt tenere cupientes cum ex se nõ habe-ant alijs rapiunt et malunt ex raptu pompã oñdere q in simplicitate abs-q; fraude manere. seneca ad lucillum epistola. v. Magnus est ille inquit qui fictilibus sic vtitur quomodo ar-gento. Illos tamen nõ reprobo in qui-bus honestas maior q ex fictilibus apparet: si condecens facultas pstet et ideo subdit ibidem seneca. Nec ille quidem minor qui sic argento sicut fi-ctilibus vtitur infirmi animi est diui-tias nõ posse pati. Lamentandum tñ pompas nimias adinuẽtas fore. qui-bus rapine occasio datur eo q infe-licem se putat: qui statibus vitiorum nõ equat. sed teste ouidio primo de remedijs. Decipimur cultu gemmis auroq; teguntur omnia. et marcialis cocus. Non nisi delicijs cõuenit hic habitus. Hec enim verba de vesti-bus presentis seculi merito intelligi possunt: in quibus non nisi vanitas et curiositas est. Pro qua curiosita-te imitanda raptores fuerunt pluri-

mi vanitate seducti. Si enim regibus sufficeret honestas absq pompositate: tunc nō exigerent a populo questus eorum. Etenim exactiones eorum rapine sunt: q2 hoc solum petere habent quod licita iura ꝓcedunt aut quod necessitati eorūq honestati congruit curiositate sublata. Cōmemoremus enim antiqua quedam tpa. detestanda tamē que rediisse videntur. Narrat enim valerius li. ix. c. ii. q antbiocus rex syrie deduct9 superbia clauos aureos in equis vasaq argentea ad vsum culine comparauit innumerabilibusq pompis suum apparatū figmentauit. auaro potius hosti preda optabilis q vlla ad vincendū strennuo mora. Rursus plinius li xxxiii. de hystoria naturali refert de pompeia cōiuge neronis que solcas ex auro suisq iumentis ferramenta fieri iubebat ꝛ quarrucas ex argento aliaq plurima vana potius q sana ꝛ que absq rapina rarissime fiunt. Nunquid principi sufficere habet vt honeste ꝛ granditer viuat familiares quoq prosperos habeat. Nunquid dissolutio corporis esset: si caput aliis membris victuz auferret. Mox enim illa membra mortificarentur que alimento carerent: sic ꝛ in policia mors est: quando principum rapina subditos in pace viueret nō permittit. Non sic etenim didimus fecit licet bragmanorum rex esset. Nempe domorum curiositatē nō requirebat: sed speluncis ꝛ cauernis contentabat. vnde ipse didimus ad alexandrū. In cōstruendis inquit domibus igne saxa nō voluimus nec admixtione pulueris cementa cōponimus: sed in telluris speluncis montiumq latebris habitamus. nullos ibi ventorum fremitus: nullius turbinis tempestatē formidamus. Nā tutius nos defendit ab ymbre speluca q tegula: cuius geminus nobis est vsus mansione dum viuimus et sepulture dum morimur. Si enim similibus principes cōtenti essent rapine studia nō quererent: sed pomparum fastigium prorsus relinquerent: diebusq suis nō permitterent. Naz diebus istis omnibus scorta placēt: ꝛ laxi crines; habz innumerabilia nomina noua vestis: vt inquit petro. Uerūtamē diximus vbi supra. Nullus inquit nobis preciosus est amictus: femineq nostre non ornant: vt placeant: sed velant pudore: nec sciunt in augenda pulchritudine plus affectare q nate sunt. Nam quis potest opus nature corrigere qđ cū fuerit aut infructuosum est aut criminosum. Sed diebus istis viri precipue femine vestimentorū nouitatez excogitant ꝛ ornatuum ꝑ magnitudine atq sumptuositate rapinose fiunt: aut enormibus delictis se exponunt ꝛ scelerum suoruz ex pretextu pompas manutenent. quicquid tamē mali occasione accipiunt ꝛ si nō raptuz

saltem indebite vēdicatum est. Merito igitur sapiētes veteres tales fastus ꝓhibuerunt. vnde simacbus in epistolis. Odi in paruo corpore longa velamina. Illa enim vestis decenter induitur que nō trahit puluerem nec in humū demissa calcatur. vnde valerius li. ix. ca. i. Sed quid ego de feminis vlterius loquor quas ⁊ imbecillitas mentis ⁊ grauiorū operuꝫ negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultū hortatur cōferre cum tēporum superiorꝫ ⁊ nominis ⁊ animi excellentes viros in hoc prisce cōtinentie ignotum diuerticulum ꝓlopsos videam: ideoqꝫ iurgio ipsoruꝫ pateatur. Hec aūt omnia ideo p̄sentibus inserui: q: pomparum curiositas plurimos plurimasqꝫ facit rapaces.

Capitulum. xx. de fortuna ⁊ eius instabilitate.



Ortuna instabilis est ideo stultus est qui in ea cōfidit: quia si elephas arborꝫ fraudat in casu frequētius solent fortune amatores in ea decipi. vnde in ꝓuer. sapientum dicit̄ ꝙ fortuna vitrea est: ⁊ cū splendet frangit̄. Male igit̄ gerit̄ q̄cq̄d fortune fide ꝯfidit. stulti ergo diuites ⁊ auari sūt qui spem suā cōmiserūt fortune nam teste sene. ep̄la. viij. ad lucil. Non est tuum quod fortuna fecit tuuꝫ: quasi dicat ꝙ oia fortune munera dubia sunt. ⁊ tul. in rheto. ij. Sola īquit virtus in sua ptāte est. oia preter eā fortune subsunt dominatiōi. Errant igitur qui in rebus ꝓsperis oēs impet⁹ fortune subegisse putant. Sapiētes aūt sunt qui cogitant in tp̄ibus ꝓsperis casus aduersos formidare tanq̄ dicat oia fortune beneficia ruinosa fore. Omnia enī fortune munera infidie sunt inquit seneca vbi supra. O si fortuna īmutabilis eēt q̄ infelices miseri: ⁊ q̄ felices locupletes essent: deo eniꝫ seruire non oporteret. vnus namqꝫ suo infortunio desperatus ⁊ alius sua ꝓsperitate fere beatus eēt sed voluit deus vt fortuna mutuationi subiaceat: vt sicut diei nox ⁊ nocti dies succedit: ita prosperere aduersa ⁊ aduerse ꝓspera fortūe succedat nec calamitosus diffidat ⁊ locuples inaniter glorie t̄ iulius celsus lib. iiij. Fortuna inquit plurimos quos beneficijs ornauit ad duriorē casum reseruat. vnde chìldebertus de exilio suo. Nuper eram locuples multisqꝫ beatus amicis. ⁊ subdit. Heu mihi nulla fides nulla est constantia reb⁹ Res ipse quid sint mobilitate docēt Et venit a summo summa ruina gradu. cunctaqꝫ ancipiti pendēt mortalia casu. Et respondēt ꝓpria mobilitate fugam. quicquid habens hodie cras te fortasse reliquet. aut modo dum loqueris desinet esse tuum.

Has ludit fortuna vices regesq; superbos. aut servos humiles nō finit esse diu. Illa mihi quondā vultu blādita sereno. Mutavit vultus nubila facta suos. His enim verbis fortune mutabilitas ꝑpenditur ouidi. iiij. tristium. Passibus ambiguis fortuna volubilis erat. Et manet in nullo certa tenaxq; loco. Sed modo leta manet modo vultus sumit acerbos. Et solū constans mobilitate sua est. Idem ouidius li. de ponto. Oia sunt hoium tenui pendentia filo. Et subito casu q̄ valuere ruunt. Ludit in humanis diuina potētia rebus. Et certam p̄sens nō habet hora fidem. Et gaufre. in poetria noua. Nulla fides rerum sequit̄ post mella venenū. Et claudit nox atra diem nebuleq; serenum. Turpida fata diē dicuntq; crepuscula noctē. O igitur auari his testimonijs vestrā ꝑpendere spem mutabilem: posco ne domū vento expositam ꝯstruatis. cadet enim in tēpore quo fortassis reedificare nō valebit. Hec eni domus fortuna est que leui solet deprimi casu. boe. i. de ꝯsolati. Cur tantas lubrica versat fortuna vices. Premit insontes debita scelerı noxia pena. Ac perversi residēt celso more solio. sanctaq; calcans iniusta vice colla nocētes. Nam impios sublimatos sepe videmus. bonosq; depressos. vnde idem boetius. ij. de ꝯsolatione ostendit fortunam aduersam meliorem ꝓspera. Illa inquit scilicet prospera semper speciem felicitatis blande mentit̄. hec autē scilicz aduersa semꝑ vera est. illa fallit hec instruit. Nempe videmus plures ꝓ inopia fieri sapientes. Illos autem stultos aut ignaros experimur: quibus ignota est fortune aduersitas. ideo pluribus oportunum fuit quandoq; penuriaz pati: vt fortune discatur mutabilitas: ex cuius stulta cōfidentia plurimi seducti sunt ⁊ qui prosperrima prius floruere fortuna infelicissime corruerunt. dicēte boetio. ij. de cōsolatione. Omnis subita rerū mutatio nō sine quodam cōflictu cōtingit aīoruz. ⁊ subdit. Infelicissimū infortunij genus est recordari fuisse felicez. valerius. vi. ca. ix. narrat quomodo alcibiades duplicem habuit fortunam. quarum vna nobilitatem et eximiaz abundantes diuitias formam p̄stantissimaz fauorem ciuiuz ꝓpensuz summa imperia precipuas potentie vires ⁊ flagrantissimum ingenium assignaret. Altera que damnationē exilium venditionē bonorū inopiam odiū patrie violentaz mortez infligeret. Refert insuꝑ de dionysio syracusano qui cum pene totius cecylie tyrannidem accepisset: opibusq; et exercitibus sublimatus fuisset. Tandem nihilominus propter inopiam puerulos corinthiorum literas docuit. Unde idem valerius libro. ix. capitulo. xij. concludit dicens humane vite conditionem precipue

primus et vltimus dies continet. medij temporis cursus put fortuna gubernaculū rexit modo aspero modo tranquillo motu peragit spe semper minor dū et cupide votis extenditur et fere sine rōne psumitur et seneca li. vij. de naturali questio. Nescit fortuna quiescere: nūc leta nunc tristia defert. itaq̧ in psperis nemo confidat et in aduersis nemo deficiat/ alterne sunt enim vices rerū ideo salustius ī catilinario Fortuna simul cū moribus mutatur. O igitur q̄ magna insipientia in fortuna tam volubili cor suum figere et spem cōstituere. Erubescant igitur hi qui sapiētes se estimant et p talibus volūt haberi. Erubescant inq̄ eo q̄ cum plurimos diuites experti fuerint corruisse fortune q̧ munera instabilia fore: nihilominus toto conatu pecunias ieptas q̧ diuitias cōgregare sollicitant qui hus ita adherent: vt deum et seipsos earū occasione deserant maluntq̧ innumerabilibus periurijs fraudibus et mendacijs suā maculare vitam q̄ suis priuari denarijs aut facultatib⁹ vanis. Utinam attenderent illud senece in declamatiōibus li. iiij. Ludic ō suis fortuna muneribus que dedit aufert/ que abstulit reddit/ nec vnq̄ tutius est illam ex periri q̄ cum locū iniurie nō habet et idem seneca in thieste Res deus nostras celeritatē turbine versat et in prouer. sapientum. Leuis est fortuna cito reposcit qd dedit ouidius. ij. tristium. Largitur quecunq̧ licet fortuna rapit: fit gracilis subito qui modo grossus erat et catho. Labitur exiguo quod partū est tempore longo. Indulget fortuna malis: vt ledere possit.

Ca. xxi. de contemptu diuitiarū atq̧ seculi.



Quicquid in seculo est: aut est aduersū et tūc iure spernitur aut prosperum et tunc casu facili deperdit. Sapiēs est igitur ipse a quo fortuna seculi cōtemnitur. Itaq̧ vtraq̧ fortuna aliquid displicibilitatē habet. vna etenī fatigat altera vero casum expectat. Tutior tñ est aduersa q̄ prospera co q̄ in ipa vitia facilius euitant/ vnde quintus cur. li. v. Facilius est aduersam q̄ prosperam regere fortunā et seneca in hercule furēte. Fortuna peior amorē inflammat magis/ et ouidius de ponto. Fortuna miserrima tuta est. nam timoris euentus deterioris abest/ vnde ipsemet ouidius infinita mala se passum fuisse refert. vñ. q̄mo tristium. Tot mala sum passus quot in ethere sydera lucent et. iiij. lib tora. Quot cōcas quot amena rosaria flores: quotq̧ soporiferū grana papauer habet siluas feras quod alit: quot pisces nutrit et equor tot premor aduersis et virg. vi. eneides. Nō

mihi si lingue centum sint ora'q; centum Ferrea vox oĩes scelerum comprehēdere formas. Comprehēdere voces oĩa penarum pcurrere nomia passum. Audisti ergo virorũ pdictorum fortunã aduersam. Illa namq; fortassis ipos fecit sapiētes. nam et fere oēs qui sapiētia floruerunt aut aduersitati p tpe succubuerunt aut gratia diuina speciali illustrati fuerunt. Nunquid africanus tanta prosperitate floruit: sed postmodũ corruit: vt ponit tul. de offi. ꝛ ideo ↄcludit In rebus inquit ,psperis supbia fugienda est. terentius in phormione Dum inquit hoĩm maxime res assunt: tunc meditari oportet quo pacto aduersus erũnaȝ ferat ne aliquid imposterũ sit ei nociuuȝ. gaufredus in poetria noua Insidias ponit semper sors aspera blande. anticipatq; fugam melior fortuna repente. Ex q̃bus clare inotescit q falsa est vanitas huius seculi boetius. ij. de ↄsolatione q multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo respersa est que ꝛ si fructi iocunda videat: eaȝ tamen cũ tenere velit nõ põt. heu qualis est hec felicitas. Teste enĩ varrone in suis sentẽtijs Non est felicitas que secũ recipit miseriam: cuiusmodi est fortuna seculi. vnde tul. lib. de paradoxis. padoxo. ij. Cui spes omnis ꝛ ratio ꝛ cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil potest esse certi. Nihil enim exploratum habet permansurum sibi vnuȝ diem ꝛ subdit. Te miserie te erũne premunt omnes qui te beatum qui te florentem putas. Te tue libidines torquent: tu die noctuq; cruciaris cui nec satis est quod ẽ: ꝛ id ipm quod habes ne non diuturnum sit futurum times. Te cõscientie stimulant maleficiorũ tuoruȝ. Te metus examinat iudiciorum atq; legum q: vt inquit prosper in epigrã. Qui se peccatis gaudet feliciter vti Infelix nimis est prosperitate sua. Si ergo diues es ꝛ peccator sis infelix es. Si autẽ peccatuȝ recusaueris: tunc felix es sed diues nõ eris eo saltem modo quo diuites solent dici cõmuniter: quibus mos est incessanter appetere: ꝛ vltra suam necessitatem que possident cum metu nulli cõmittendo custodire. Attẽde illud cathonis. Cuȝ fueris felix que sunt aduersa caueto. Non eodem cursu respondent vltima primis. O igitur q̃ta diuitum huius seculi stulticia ẽ: qui de futuris nõ cogitant: quasi dies omnes pares essent. Vñ eniȝ potius ceci sunt q̃ illi qui oculis carẽt vnde tullius in oratione de responsis aruspicum. Miserior es cum in omnem fraudem oculis caperis q̃ si omnino oculos nõ habueris. Nempe illi fraudãt ꝛ fraudant: ꝛ qui male cõquestant vt diuites fiant: ꝛ qui suis diuitijs in quibus sperant ex toto priuant. Consideremus igitur diuites seculi quo abierunt. In terram

enim redacti sunt eorum decessit me moria: nec suis potuit diuitijs redimere vitam. Contentibilis est igitur hec facultas que maiori necessitati succurrere nequit. Reuera diuitie potius nocent ꝙ prosunt sed hoc non ꝑpendunt qui seculum amant. vñ narrat valerius li. viij. ca. vij. ꝙ cum anaxagoras post longam peregrinationem studij ad patriam suam redijsset possessiones suas desertas cum vidisset dixit. Ego saluus inquit nõ essem nisi iste perijssent. Et crethes philosophus natione thebanus suas diuitias in mare proiecit dicẽs. abite pessime diuitie ego vos mergã ne ego mergar a vobis. Rursus bias phs cũ omnia bona sua incendio ꝑdidisset: cuidã interroganti an doleret: quia omnia perdidisset. Omnia inquit bona mea mecũ porto. pectore enim illa gestabat nõ humeris. vnde diximus ad alexandrum. Nos inquit nõ sumus incole huius mundi sed aduene. iuxta illud apli. Non habemus hic ciuitatẽ manentem. Sapiens est igitur qui seculum contẽnit: et ea que in eo sunt. varro in suis sententijs. Nunc in segetibus nunc in herbis et frumentis bona sunt sꝫ nolite ibi spẽ nimiam ponere. Nam sepe audiui inter os et offam multa interuenire posse. seneca epistola. xv. ad lucillum. Discedunt aliquando ista bona insidiosa: in quibus si aliquid solidi esset. aliquando implerent sed sitim cõcitant et epistola. xvij. Nemo tam timidus est quin malit semper pendere ꝙ semel cadere. Illos autem pendere dicit quibus vanitas seculi nõ placet: sed in ea viuunt ad tempus. Illi vero cadunt qui a felicitate mundi in qua sperabant decidunt. et ideo epistola. lxij. Contẽnere inquit aliquis omnia potest: sed habere omnia nemo potest. itaqꝫ breuissima quedam via ẽ ad diuitias contẽptus diuitiarum. et epistola. lxxxiiij. Relinque diuitias relinque voluptates: qꝛ molliunt et eneruant. Unde empedocles tria dicit esse precipua. scilicet nobilis affluentie contemptus future felicitatis appetitus: et mẽtis illustratio: quorum ꝑmo nil honestius. secũdo nil felicius. tertio nil ad amborum adeptionem efficatius. hoc enim empedoclem dixisse refert aristo. lib. de vegetabilibus. Magne igiꝰ est honestatis seculum contẽnere. Nam honestatis est de vilibus curam nõ habere. Omnia aũt bona mundi vilia sunt et caduca. vnde tullius in oratione pro domo sua. Caduca sunt iquit et mobilia temporũ munera. et idem tullius in oratione pa... ꝙ iret in exilium. Presentes inquit fructus negligamus et posteriori glorie seruiamꝰ. Utinam de hijs essemus de quibus prosper in li. epigram. est et in hac vita requies multis data felix quorum animo mundus nõ tenet occiduus. quos desiderijs nullis peritura fatis

gant. Ex quibus omne bonum est christus et om̄is bonor. et subdi. Qui rerum nil cupiunt pdere nil metuunt tanq̄ dicat q̄ hij felices sunt in mundo qui nō sperāt: aut qui modo mortui sunt. vnde magister sen. si mundo morieris moriendo nō morieris mūdus clamat aue: sed aue conuertit in ba ve. Eius cerne vices o flos modo fex modo dices. Si mundum sequeris post esse fuisse quereris. Hic status absq̄ statu: locus hic locat in cruciatu. Hec tria verba fidem non dent tibi postmodo pridez post pendet cecidit pridez modo nō tibi fidit. vnde versificator. Spernere mundū spernere nullum spernere sese. Spernere se sperni: quattuor h̄ bona sunt. Sed fortassis mundū spernere mundana blandicies nō permittit sed allicit et inficit: mirandaq̄ mendaciter promitt et ita seducit vt beati se credant qui fortuita possident. vnde tamen narrat valerius libro. vij. capi. ij. Anaxagoras cuidā interroganti quisnam esset beatus. Nemo inquit ex his quos tu felices existimas beatus est: sed eum in illo numero reperies: qui a te ex miseris constare creditur. Nō erit ille diuitijs et honoribus habundans: sed aut exigui ruris aut nō ambitiose doctrine fidelis ac ptinax cultor: in secessu q̄ in fronte beatior. Non enim diuitie quenq̄ faciūt beatum. potius enim spiritu pauperes beati sunt. dicente seneca epistola tertia ad lucillum. Ille beatissimus est et securus sui possessor qui crastinum sine sollicitudine expectat. Hoc tamen de beatitudine aut felicitate proprie accepta intelligi nō debet. Nullus enim in vita presenti proprie beatus est aut felix. nam teste prospero in epigram. Felices nō faciunt opes aut beatos. Nam mundi ex opibus breuis ac veritura voluptas: edita perpetue semina mortis habet. catho. Felices obeūt quorum sine crimine vita est Itaq̄ beatitudo nō in diuitijs consistit: nec in vita sz post bonā vitā plane habetur. ouidius. iij. methamor. Ultima semper expectanda dies homini est diciq̄ beatus ante obitum nemo supremaq̄ funera debet: quia scilicet post mortez beati boni erunt. Sapiens igitur mundum contemnat: vt post mortem dn̄o viuat.

Capitulum. vicesimum secūdum de contemptu diuitiarum.



Diuitie nullius certitudinis sunt: maioriq̄ necessitati succurrere nequeunt. vnde varro in suis sententijs. Eodem aīo dimittende sunt diuitie quo accipiēde. et lactan. li. de falsa sapia. Laudatur democritus eo q̄ agros suos reliquerit: eosq̄ pascua publica passus sit fieri. catho. Despice diuitias si vis aīo esse beatus: quas qui su

scipiunt mendicant semp̄ auari. τ tertullianus in apologetico contēptorē diuitiarum diogenē cōmendat: vt superius audisti. Nempe diuitie nō cōpetunt homini: vt ꝓprium bonū: sed vt valde forinsecum: q2 teste sene. ad lucillum. Non est tuū quod fortuna fecit tuum. varro in suis senten. Nemo suū putet quod extra ip̄m est. Et in ꝓuer. sapientū dicitur. Nihil proprium dicas quod mutari pōt: sed diuites huius seculi que habēt ꝓpria dicunt: nec attendunt quibus maleficijs diuitiarū occasione subiaceant. prosper in epigram. Terrenis opib9 cum diues gaudet iniquis: veris se miserum nescit egere bonis. τ sequitur At bona iustorū nullis obnoxia dānis: hostes furta ignis τ mare nō metuunt. omnis virtutū semp̄ substātia salua est: tanq̄ dicat q̄ sapiēs nō diuitias mutabiles sed virtutes acquirere debet: q2 nō pecunijs: sed virtutibus pficitur vita. Galterus in alexandrei. i. Auferte pecunia mores nō afferre solet. quē vero morum nō rerum copia ditat. Quem virtus extollit habet quod preferat auro. Non eget exteri9 q̄ morbus intus abūdat Nobilitas sola est q̄ aīum moribus ornat. orati9 in epistolis. Impat aut seruit collecta pecuia cuiq3. Stultitia pascunt opes. verum si stulti diuites fuerint: sapiētes reputant: sed ꝓculdubio stulti arbitrandi sunt: q2 nil insipientius q̄ suam felicitatem labili fortune prebere. Inquiramus tamen cur homines ita diuitijs intendunt earūq3 occasione cur se felices putāt. ideo hoc fortassis est: q2 teste horatio in epistolari li. i. epistola. vi. scilicet vxorem cum dote fideq3 τ amicos τ genus τ formam regia3 pecunia donat. τ petronius. Quisquis habet nūmos secura nauigat aura. fortunamq3 suo temperat arbitrio. Carmina componit declamat increpat omnes. iuuenalis li. i. Quātum quisq3 sua nūmorum seruat in arca tantū habet τ fidei: q2 scilicet tantu3 sibi subseruiunt homines τ credunt q̄tum pecunie habet. His itaq3 verbis τ cōsimilibus diuites huius seculi suam fortunā autorizant τ felicitatem similibus ex causis ea ꝯstituunt Sed ꝓculdubio modica sunt illa q̄ prebent diuitie bona. Nam diues secure nō nauigat aut itinerat: q2 quāto quis ditior: tanto timidior si gaudet carmine in luctum ꝯuertetur tamen eius si imperat tande3 obediet morti si increpat tandem etiā increpabitur iudice deo. Attendamus igitur nō fortune prospere cōmoda que labia: sed incōmoda mentib9 nostris renouemus. Nam vt ait plautus in aulularia. Pecunia rerum atq3 sollicitudinum causa τ caput est. τ. a. gellius noctium actica. Sapientes inquit dixerunt eum multis indigere: qui multa habent. magnam indigentiam nasci non ex magna inopia: sed

et magna copia. seneca. xiiij. ad lucillum. Terrena inquit bona libertatem nobis extorquent. Nostri enim essemus si ista nostra nō essent. ideo seneca libro de morib⁹. Facilius est pauperi contemptum effugere diuiti inuidiam. Hec igitur posco damna cōmemoremus & prelibatis cōmodis comparemus. Nunquid audiuimus diuitie prebent sollicitudinē causant indigentiā inuidiam gignūt libertatem tollunt. Nunquid hec incommoda grauia sunt. Nam teste socrate. Dānum nō nisi ex abundantia raro venit. & sidonius. Diuitias dicit esse cām malorum. Cur igitur in eis speremus: ex quo tot incōmoda ferunt: nullaq stabilitate sistunt. vnde valerius li. vi. Nullo in loco nulla in persona diuitie radicibus stabilibus cōsistunt: sed flatu incertissimo fortune huc & illuc deuoluunt. marcialis cocus. Callidus afflatam nūmis fur auferet arcam. Prosternit patrios impia flamma lares. Debitor vsuram pariter cum sorte negabit. Non reddet sterilis semina iacta fruges. Dispensatorem fellax spoliabit amicus: q sc diuites talibus piculis subiacēt: eorūq diuitias nūc fue tollit nunc ignis cōburit: nūc vsura rapit: nunc terra nō germinat fructum: nunc familiares fraudant et fraudantur. Ecce incerte sunt diuitie. quāobrem sapientes sunt a quibus ipernuntur. Sed dicunt aliqui paupertas est eis grauis. Fortassis enim ideo grauis: nō q in se grauitatem habeat: s cupiditas animi eam moleste supportat. Nil tamen letius aut tutius est vera paupertate. vnde scōs philosophus. Quid est paupertas: odibile bonum sanitatis mater curarum remotio sapientie reparatrix negocium sine damno possessio absq calumnia sine sollicitudine felicitas. seneca ad lucillum. xiij. Multis ad philosophandum obstitere diuitie. Paupertas autē expedita & secura est: nō circunstat illam turba seruorum ad quos pascēdos transmarinarum regionū est optanda fertilitas. & subdit. Si vis vacare animo oportet vt pauper sis aut pauperi similis. quintilianus causa vij. Paupertatis proprium est exercere libertatem. lucanus libro quinto. Dat vires fortuna minor. o vite tuta facultas & fortunatus pauper in augusto regnat habendo deum. Verūtamen teste lucano li. i. Fecunda virorum paupertas fugitur. S hoc imerito: q vt inquit iuuenalis libro. i. Felices humiles pauper quos spūs ambit. Illos nam celi regnum sublime receptat. vnde legim⁹ aristo. Paupertatē grauē nō habebat sed paupibus nō posse succurere dolebat. Sed nunquid in derisum pauperes habent: grauis est ergo paupertas. Reuera derideri rōe tolerari potest: q ex natura pauperes omnes

fiumus: et si fortuna quosdam subli-mauerit: in derisum sublimitas ver-tetur eorum. iuuenalis li. i. Nil habet infelix paupertas durius in se quam quod ri-diculos homines facit. cōmune hoc vitium est: iam viuimus ambitiosa paupertate omnes: quia scilicet oēs ex natu-ra pauperes sumus et fortuna verte-tur in ruinam: et qui in diuitijs gloria-ti sunt aliquando dicent illud hiere. i. Peccauimus vanitate seducti su-mus. Utinam igitur attēderet vnus-quisque sapientis. eccl. v. dicētis. No-li attendere ad possessiones iniquas quia nō proderunt in tēpe vindicte et tri-bulationis: vnde augu. v. de ciui. ca. xxiiij. Imperatores felices non dici-mus: vel quia diutius imperauerunt: quia imperatores filios suos reliquere-runt: aut quia hostes domuerūt: aut vel quia diuitias obtinuerunt. Hec enim oīa huius vite munera sunt: quibus similia etiā cultores demonum acci-pere meruerunt que nō pertinent ad dei regnum: quibus verbis apparet bona tēporalia hoīem nō facere feli-cem. ideo augu. ibidem subdit. Im-peratores inquit felices dicimus si iusta imperant: si per obsequia humi-liter salutantium nō extolluntur: sed se homines esse meminerint: si suam po-testatem ad dei cultum dilatandum applicāt: si plus ament futuri regni habere cōsortes quam vanitatis huius cohortes. itaque omnia huius mundi munera vana sunt. vnde aristo. ad ale-xandrum in epla. O alexander noli appetere transitoriū et quod oportet cito te relinquere: sed pete diuitias in-corruptibiles. vnde hermogenes fer-tur dixisse quod plenitudo pfectionis in pncipe est abstinentia a pecunijs. vnde mathei. v. Multos pdidit aurum et argentum. et eccle. viij. Qui aurū di-ligit nō iustificabitur.

Ca. xxiij. de negligentia.



Ir piger indignus est bonis: et qui sollicitu-dinem nō habet: nul-lo meret beneficio do-tari. Ad hoc enim nat9 est homo: vt laboret corpore pro victu et mentem pro virtutibus adipiscēdis sed pigricia multos desides facit eo quod plurimi laborare formidant. nam teste tul. in tuscu. qōnib9 li. iiij. Pigri-cia est metus consequentis laboris. Quidā aūt sunt ita molles quod nō nisi pigrescere querunt. nam teste aristo. iiij. ethicorū. Mollicies ē fugere la-boriosa. Sed quid est quod quidā vani-tates solliciti sunt: et pro bono pigre-scunt. Hos enim excitat pfius saty-ricus satyra. v. Mane piger stertis surge inqt auaritia eya surge negas instat surge īquit nō queo surge. En quid agam rogitas en sapdam ad-uehe pōto castoreū stupas hebenum tus lubrica choa. Tolle recēs prim9

pipe et sitiente camelo verte aliquid iura: quasi dicat. surge piger surge: qz instat surgendi ratio. vnde gaufredus in poe. Quid facimus torpem? imagine pigri. Scis ne moraz pigri si mane vocet obaudit: si citetur adhuc iterata voce: sonora nare vigil stertit. tandem clamore coactus. ore tñ lento linguã mouet: et mihi qd vis inquit. Surge veni nox est permitte quiescã: imo dies est surge. deus me' en ego surgo: vade sequar nec euz sequitur quez negligis et tu nõ venies dudũ venissem sed mihi vestes quero nec inuenio. nihil est te byrria noui. Surge cito: dñe en sum pñto nec tñ: imo vel caput huc illuc vertit vel brachia scalpit vl' membra in longũ distendit. sic sibi quasdam vndelibet morulas querit semp venit ore non pede si veniens nunq̃ venit. ille coactus forte mouens gressum trahit a testudine motũ huius imago sumus ad gaudia vera vocati: delicijs varijs capti vl' pectoris aurem obstruimus vel si patet auris ad illa venire differimus semp: vl' si forasse venimus nolẽtes tracti motu testudinis imus etc. itaq3 vanis excusationibus pigri suum torporẽ defendere nituntur. Queso eni attendas quo tramite honores virtutes sciẽtie diuitie solent adipisci. His etenim demptis quos deus speciali gratia illustrat: omnes sua sollicitudine et diligentia talia sibi conquestarũt. nã ipe tul. in tusculanis questionib' li. iiij. Tardis mentibus nõ facile virtus cõmittit virgilius in buccolicis. Tarde venere bubulci. omnis enim tardus bravio carebit. catho. Plus vigila semper ne somno deditus esto. Naz diuturna quies vitijs alimẽta ministrat ouidius. ij. sine titulo. Infelix tota q̃cũq3 quiescere nocte sustines et somnos premia magna vocas. Stulte quid est somnus gelida nisi mortis imago. Longa quiescendi tempora fata dabunt. Unde pbus secundus Quid est somnus nisi mortis imago Laborũ quies infirmantiũ votuz miserorum desiderium: qz miseri pigrescere semp optant: s3 vir prudens sic debet esse dedit' somno vt vigile intendat. vnde arator. Corpe somnus erat huic s3 vigilabat in illo. Qui nescit dormire: fides h' cantica clamãt: qz scilicet viri fideles p suis amicis vigilant semp. Quãobrem pigros redarguit ouidius libro preallegato. O male presto quies: o semper dedita somno pectora: vnda bono quantis pates ipse ruinis. quem nox sola tenet nescit vigilare periculo. Nec tamen reprehendenda est debita quies nature: quia teste Horatio in poetria. Et quandoq3 bonus dormitat omerus. Itaq3 pigricia mala: sed somnus moderatus bonus ẽ. Nempe se pigri suaq3 negligũt et velut bruta in fecibus suop delictorũ deuoluunt et ociositate desides sũt

omneqꝫ licitum exercitium fugiunt. Verūtamen fomentū vitiorum ociū est. seneca ad lucilluz. lxviij. Glorari ocio mors est. Ouidius primo de remedijs. Ocia si tollas perire cupidinis artes. Contempteqꝫ iacent et sine luce faces: quam platanus riuo gaudet quam populus vnda et ꝙ limosa canna palustris humo taz venus ocia amat. que verba hoc sonant ꝙ ocium est fomentū libidinis et vitiorum. quintilia. causa. xiij. Ad omne votuz fluente fortuna lasciuit ociuz. et causa. iiij. Necesse est vt in facinus ardor ociosus erumpat: qꝛ scꝫ homo ociosus de facili in malum ꝓrumpit. et ideo prouerbium grecorū olim fuit istud. Quam quisqꝫ norit artem in hac se exerceat: vt refert tullius in tusculanis questionibus pmo vnde didimus ad alexandrū. Auariciam nō exercemus. ocium turpe deuitamus. Nec tamē omnis requies ocium vocatur saltem reprehensibile. Anima enim sedendo fit prudens teste aristo. Viri quoqꝫ studiosi apd vulgus ociosi dicuntur: qꝛ manibus nō laborant: nō tamē pigrescunt: qꝛ mente contēplantur. Horum autez ocium si ita vocari debeat laudabile est. tullius in tusculanis questiōibus li. v. Quid est dulcius ocio litterato. Ocium aūt litterarū studium est: sed agricole alijqꝫ opifices qui litteras nesciunt: corpore nisi laborent in vitia faciliter cadunt. seneca ad lucillū lxxxij. Ocium sine litteris mors est et hominis viui sepultura.

Ca. xxiiij. de castitate et pudicitia



Castitas hominē facit angelicuz in mente viuatiorez in apparatu pulchriorē in vita diuturniorem in fama et gestu honestiorem. Et castitatez nō obseruanti difficile est alicui studio: aut virtuti intendere. Naz libido totam mentē occupat totū corpus extenuat: et tandem vires singulas destituit. Ideo didimus ad alexandrū Nos aragmani membra libidini nō damus: nec reprobandi sunt qui copulati coniugio propter bonuz ꝓlis et nō ꝓpter libidinē cōueniunt. qꝛ teste sexto pithagorico in suis senten. Adulter est in suam vxorez amator ardentior: qꝛ scꝫ spēm adulterij sape videt: qui sua vxore ex ardore nimio abutit. hic tñ adulterium large acceptuz ē. Caueāt tñ ꝯiugati ne ptextu ꝯiugij libidine feruere psument. Nā veteres oēm libidinē feruent respuerunt: vxoresqꝫ ad lubricitatē incitantes asprenerūt. vale. li. vi. c. iiij. narrat ꝙ sulpicius gallus vxorē sua dimisit eo ꝙ ipam capite apto foris versataz cognouerat. Lex inqt tibi meos psfiniuit oculos qbus formā tuā approbes. His decoris instrumēta cōpara: his esto pciosa horumqꝫ certiori

crede noticie vlteriori tui cōspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione ꝛ crimine hereat necesse ē ideo tibullus. Casta precor coniunx maneas sanctiqꝫ pudoris: nec sis casta queso metu sed mente fideli. Sꝫ lamentandū est pudicitiam iam fere ex toto perijsse: ꝛ femine in q̄bus pudor existere habet vt plurimū viros ꝓuocant: cōiugij fidem deferunt virginesqꝫ suuꝫ querunt violatorē et vidue amasium. veteres quoqꝫ a lubricitate vt sepius nō cessant. Tales et enī: vt frequēter tp̄is huius sunt mulieres: ꝛ si factis talia nō exerceant. mente verūtamen vt frequētius corrupte inueniunt: ꝛ metu potius q̄ ꝓprio motu ꝯtinent. vnde ouidius. iij. sine titulo. Si qua metu dempto casta est ea deniqꝫ casta est: que q2 non licet nō facit illa facit: ꝛ q̄uis serues bene corpus adultera mens est: nec custodiri nisi velit illa pōt: nec mēteꝫ seruare potes: licet omnia claudas. omnibus exclusis intus adulter eris quasi dicat ꝙ mulier continens metu casta nō est. Sed nunquid turpe ꝛ scandalo sum si carnis luxus rationi supemineat. Quis enim vellet ancille fedissime ancillari cuiusmodi caro luxuriosa est. Ob hoc enim olim sapientes loca solitaria ꝛ deserta elegerunt ne impetibus libidinis fatigarētur. vnde refert hieronymus cōtra iouinianum ꝙ cum plato esset diues elegit sibi vnam villam achademie procul ab vrbe vt libidineni cuitaret. Tercullianus refert ꝙ democritus oculos sibi eruit: eo ꝙ mulieres sine cōcupiscentia aspicere nō valebat. O q̄ꝫ periculosus est feminaꝝ intuitus. nam teste hierony. vbi supra. Inutile est crebro videre ꝑ que aliquando captus es: ꝛ eorum te experimento cōmitte qui hoc perpenderunt. nam pithagorici. Solitudinem et deserta ob hoc inhabitare elegerunt. A. gel. li. noctium atticarum refert ꝙ demetrius sibi oculos eruit ne ab honorum studio impediretur. iuxta illud euangelij. Si oculus tuus scandalizat te erue eum et proijce a te. Heu attendamus qualiter oculis plures offendantur. Nam teste quintil. causa p̄ma. Hominis libertas est oculos ꝑdidisse oculi sunt per quos paupertatē ferre nō possumus. oculi tota nostra luxuria. hi nos in omnia quotidiana vitia p̄cipitant. sene. li. de remedijs infortuitoꝝ. Intelligendum est patrem esse innocentie cecitatē. Oculi enīꝫ sunt irritamēta vitiorū duces scelerum. O vtinaꝫ oculos vanitati sic nō exhiberemus q2 impudicus oculus impudici cordis est nuncius. ideo ouidius. ij. Tristium heu mihi cur vidi cur noxia lumina fexi: peccatūqꝫ oculos est habuisse meū. Nam plurimi nō peccarent si peccandi occasionem nō viderent: ꝛ maxime libidinem incitat oculus. Ob hoc debet modeste regi in

vanis nō fixari. Nam sicut piscis capitur hamo: sic oculo capit vir lubrico. nec solū tñ cauere quis habet vt vana nō intueatur: sed etiam qui pulchritudinem habet libidinis incitatiuam cauere tenet ne quis occasione eius peccet. narrat valerius li. iiij. q quidam adolescens spuruma noīe cū pulcherrimus esset femineq; illi9 sollicitarent oculos ne peccandi alteri occasio esset pulchritudinem suam fedauit: et oris decorē vulneribus abstulit. maluit enim turpis fore q alienе libidinis irritamentū. Rursus augu. pmo de ciui. dei refert q cū marcus marcellus vrbem ornatissimam syracusanorū cepisset suis cōmilitonibus precepit vt castitatez seruarēt edictum fecit ne quis corpus liberuz violaret. His igitur exemplis patet viros illustres pudicos fuisse: alienū q; thorum violare cū potuissent noluisse. vnde boetius. iij. de ɔsolatione approbat sniam euripidis qui dixit carentez libidine esse felicē. valerius li. iiij. ca. iij. refert q cum scipio esset xxiiij. annoruz in hyspania certagine oppressa maioris certaginis capien de sumpsisset auspicia multosq; obsides quos ī ea vrbe peni clausos habuerant in suam ptātem redegisset: eximie inter eos forme virginez etatis adlte: et iuuenis et celebs et victor postq competit illustri loco inter celtiberos natam: nobilissimoq; gētis eius indibuli desponsataz accersitis parentibus et sponso inuiolatam tradidit: aurum quoq; quod pro redēptionem puelle allatum erat summe dotis adiecit: qua cōtinentia ac munificentia indibulis obligatus celtiberorum animos romanis applicando meritis eius debitam gratiaz detulit. Quot sunt similia facientes: timeo q pauci. Potius enim vnde lugendū est. viri dicti nobiles lasciuie student veneri subseruiunt puellas virgines desponsare iugiter querunt et tunc credunt magnam militiaz exercuisse quando iuuenculam ignominie tradiderunt. O quale duellum: o qualis triumphus: puellam fragilez et innocētem vincere et vitam contaminare: suisq; sepius garciferis prostituendam exhibere. Hij enim satellites leonesq; suos habent: quos nutriunt et stipendiant: vt virgines filias pauperum rapiant eorumq; nutui subdicant. Ecce quales scutiferi tales enim sunt quales domini quibus subseruiunt. omnes enim venerem colunt. Rursus claustra monacharum et religiosarum violant coniugia discriminant: suaq; fedissima luxuria omnes si possent coinquinare feminas vellent. Si castra vel vrbes ceperint: hoc primum est quod cogitant vt libdim vacēt. Horum si quidem vita non nobilis sed ignobilis est vilissima quoq;. ouidius libro epistolarum. Nulla reparalis arte lesa pudicitia est. Hij tamen satis

fecisse credunt: si virginem corruptā suis donis munificent: facultatibus siquidem tribuere possunt: sed virginitatis decorē pbere nunq̄. Fortassis aūt voluptatum occasiones mulieres pducunt. in quibus alia sollicitudo nō est ornatus namq; excogitant vt se pulchriores ostendāt ipudicissimisq; nutibus viros inficiunt: suisq; crinibus risibus et vestibus viros ad libidinē concitare meditant. Utinā lucresie exēplum acciperent. De qua refert vale. li. vi. ca. i. Dux inquit romane pudicitie lucresia cuius virilis animus maligno errore fortune muliebre corpus sortitus est tarquino regis superbi filio per vim stuprata cum suam iniuriā grauissimis verbis in cōsilio necessariorū deplorasset ferro quod clam secū attulerat se interemit. nō tñ approbanda cum nullus mortē sibi inferre debeat. sua autem castitate laudem promeruit: qr nō sponte sed vi succubuit. vñ prosper in epigram. Mens illesa nihil violato in corpore pdit: inuitam carnem vulnera nō maculat: nec crimen facti recipit nō nuxta volantas velle magis facin⁹ q̄ tolerare nocet. que verba nil aliud sonant: nisi q̄ ille peccant femine que sua voluntate libidini consentiunt: violate vero culpam nō habent. Sed restat questio grandis que sit violata mulier. Plures eniz se violatas dicunt que modicis verbis obedierunt. Uerum mulier fragilis est: et facili occasione seducitur plurimum. Uerumtamē violari creditur: nisi q̄tum in ea est: etiam vsq̄ ad atrocissima verbera restitisse vsq; ad mortez reperiat: aut nisi ob probrij maioris pre timore ignominiam suaz permisisse contestet quod fecisse lucresiaz legimus. Plus eniz stuprum q̄ mortem timuit nec violatorem formidauit dicentez ei te interficiam: sed tunc tremor irruit in eā cum subiunxit. vnum enim ex garcifferis tuis te interfecta iuxta te interfectum in lectulo ponam et dicam pre dolore tui stupri hanc necem me peregisse. Quibus auditis nimirum si femina fragilis fauit. Obprobrium enim plus morte timuit: quia postmodum restituto honore mortem vita preelegit. Huius autem valitudinis nescio si femine reperiētur hoc tempore. scio tamen impudicissimū genus earuz vniuersas fere plateas occupare et que impudicitie sunt alias pudicas sibi simulari ptractant: vt multitudine et conformitatē erubescentiam sue libidinis effugiant: et tractare si nequeant. saltem verbis eas scandalizant et similes eis omnes als predicant que non similant eis. de quibus narrat valerius libro preallegato capi. pmo. Refert enim q̄ coniuges teuthonicorū orauerunt marium victorem vt ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur. Promittebant et affirmabant illas

virilis concubitus futuras expertes quia scz se iactabat ꝙ illas peruerteret sed quod petebant nō obtinuerunt. ⁊ ideo ipa nocte se laqueis suspenderūt. Huius aūt maleficij plurimi sunt nō cessant puellas ad venerem cōcitare libidinem suadere ⁊ criminis pondus falsis perorato͛ribus alleuiare. tales maculant policias et earum sub vmbra innumerabilia crimina fiunt eoqꝫ q͛ in eis sexus suspitione caret. ideo talibus tractatibus indubie ⁊ procbdolor impune se exponunt. Quedā monialis virgo fuit cuius dulci aspectu cor regis captū est: ita vt rex ipe vi ⁊ violentia eā rapere cōclusisset ꝙ vbi prefata virgo resciuit oculos proprios ipa eruit sibi ⁊ pro munere ad regem misit. Augustinus de ciui. dei narrat quomodo marcus marcellus anteꝙ syracusim cepisset fleuit: ⁊ proclamari fecit sub pena mortis ꝙ nulla mulier violaretur.

Capitulum vicesimumquintum de luxuria vitanda.



Luxuria omni virtuti est inimica. Ipsa via perditionis obprobrium iter facultatum desertatio studiorū licitorum impedimētum sanitatis excidium. ipa vitam breuiat mortem festinat iuuentutis minuit decorem infirmitates gignit corpus sordidat mētem obdurat sensuz obnubilat visuz precipue minuit. Ipsa fons ⁊ origo omniū calamitatum anime ⁊ corporis. de quo loquens vale. lib. ix. cap. i. Blandum maluz inquit est luxuria quā accusare aliquanto facilius est ꝙ vitare. ⁊ li. iiij. c. iij. idem valerius refert ꝙ cū sopbocles iam senex eēt ⁊ quidam ab eo quereret: an etiam nunc veneris rebus vterer͛ dīj meliora inquit. libenter enim istuc tanꝙ ex aliqua furiosa ꝓfugi dominatione. Et merito q͛ teste tul. i. de offi. Luxuria cum omni etati turpis sit: senibus maxime fedissima est. ⁊ li. de senectute. O preclarū munus etatis senectutis scz si quidez id aufert nobis quod est in adolescentia vitiosissimū scz libidinem corporis. seneca in declamatiōibus li. ij. Adolescens luxuriosus peccat: senex luxuriosus insanit. ⁊ subdit. Que malā faciez babēt sepe impudice sunt: nō enim deest animus corruptor. His eniz documētis apparet luxuriam maxime vitari debere. salusti⁹ in catilinario. Multos pessima luxuria atqꝫ auaritia vexant. fulgentius. ij. mitologiarum: ꝙuis eniz in oībus libidinis amor turpis sit. turpior est tamē in bonestis. nam luxuria maiestati est contraria. Sz boc babet luxuria ꝙ execat nec perpendit bomo luxuriosus quid faciat. Ideo fulgentius vbi supra li. iij. Amor cum periculo sepe concordat

et dum ad illud solum vocat quod di ligit nunquam videt quod expedit: quia luxurie amor cecus est. quamobrem veteres libidinem spreuerunt tanquam bonoris inimicam. nam referente aug. li. de ciui. dei. Scipio nasica prohibuit theatra seu loca meretricia que licet possint absque fraude permitti: nullo pacto tamen debent suaderi. plurimi tamen omnem delectationem in suis libidinibus credunt. quibus teste belinando. Omne delectamentum in libidine est. et quicquid extra libidinem occurit offensio est. Accusent ergo non tempora sed thetra in quibus ad aram luxurie virtutum victime trucidantur. O quam vile spectaculum quam fedum collegium feminarum pro solo vitio congregatarum. Propriam etenim carnem venditioni exponunt et pretextu vite sue fornicatione victum sibi acquirunt: quas non excusat carnis temptatio aut fragilitas sexus aut violentia. Nullo enim feruntur amore etiam corrupto. Si enim amarent humane fragilitatis excusatione participarent: sed nec amant nec amare querunt: sed ex fediori luxurie parte sue execrabili cupiditati subseruiunt. Harum nempe fedius est corpus cadauere putredo cuius fetorem terra resoluit: sed illarum horror luxurie turpitudinibus iugiter crescit. de consimilibus ait theodolus. Mens robusta viri leuitate cadit muliebri: quia scilicet femina impudica laqueus est viri. et ideo subdit. Deflent assyrii quod crediderunt mulieri. Nunc tamen illud iuuenalis. ii. verificatur. Est eadem summis pariter numinisque libido: quia plurimi diebus nostris veneri vacant. Sed queso vt feminarum discant amatores que sit eorum delectatio et vita. Nempe ex amore femineo non nisi fere dolores generantur nec est amor quietus: sed anxius non ampliatiuus sed corrosiuus. ouidius. ii. de arte. Quot lepores in atho: quot apes nascuntur in hybla: cerula quot baccas pallidis arbor habet: littora quot conce: tot sunt in amore dolores. quod iuuat exiguum est plus est quod ledit amantes. Ecce quantum lucrum feminarum amatores reportant. suo tamen infelicissimo amore se putant felices: et ea consumunt in voluptatibus que sepius grandi labore acquisierunt. Attendant enim exemplum demosthenis de quo fertur quod taidis meretricis mammas ioco palpitans quesiuit quanti hoc est que ait mille denariis. cui demosthenes. Ego precio tanto dolorem non emo et merito. Nam stultum est magno precio id emere cui dolor succedit. Nunquid enim tales veneris amatores vt plurimum lugent consumptis voluptatibus suis facultatibusque consumptis. Lugent nempe et vite preterite lacrimose scelera recolunt: consumpta affectant: se deceptos lamentantur et laboribus necesse est: vt bona coquestent que voluptuose con

sumpserunt. Animaduertant igitur illud ouidij.vi. methamor. Nihil est q̄ nō effreno capt⁹ amore ausit; nec capiunt mentes inclusas pectore flā mas. vnde versificator. Femina corpus opes aīam vim lumina vocem. Polluit annihilat necat eripit orbat acerbat. ꝛ alibi. Corpus opes aīam consortia federa famam. Debilitat p dit necat odit destruit aufert. Ecce quāta incōmoda que amatores feminarum studiosissime perquirunt. vnde hieronymus contra iouinianū ex dictis aristote. ꝛ plutharci ꝛ senece hec v̄ba colligit. Amor inquit forme scilicet mulieris rationis obliuio est ꝛ insanie proximus. est etiam fed⁹ minime conueniēs animo sapientuȝ turbat cōsilia altos ꝛ generosos spiritus frangit a magnis cogitationibus ad humilimas detrahit; homines q̄ querulosos iracūdos temerarios facit; pluraq̄ tempora suspitionibus lachrymis et cōquestionibus perdit; odium facit sui ꝛ ip̄e nouissime odium est. seneca declamationū li. p̄mo. Nil est tam mortiferuȝ ingenijs vt luxuria. ꝛ li. viij. Luxuria blāda pestis victrix orbis immensas opes auaris abstulit. Claudianus in maiori. Luxurie pre dulce malum et hebetat caligine sensus. ꝛ in minori idem claudianus. Dissuasor honesti luxus ꝛ humanas obliuiat copia mētes. Reuera in enarrabilia sunt damna que libidinem imitantur. Galterus alexandrei. p̄mo. Te non emolliat intus prodiga luxuries; nec fortia pectora frangat; mentis moribus amor. Si bacco venerisq̄ vacas que cetera subdis; subiuga venisti perijt de lira vaccantis libertas animi veneris flagrante camino mens habet interius; rixasq̄ ꝛ bella moueri imperat ꝛ suadet rōnis vile sepulchruȝ si caro ebrietas rigidos eneruāt hec duo mores. parca voluptati sit cis explere voluntas que leges hominū ꝛ mundi moderātur habena. scilicet baccus ꝛ venus. ꝛ li. vi. Nil finit intactum nullis contenta libido.

Capitulum. xxvi. de voluptate carnis.



Voluptas carnis generat incontinentiā. Incontinentia vero damna infert que superius enumerata sunt; ꝛ sicut virtus deperit nisi actibus roboretur; sic voluptate pretermissa; carnisq̄ delectamentis infrigidat̄. ideo tullius in senectute. Voluptas inq̄t impedit consilium rationi inimica ac mentis; vt ita dicam. Prestringit oculos nec habet vllū cum virtute cō mercium. ꝛ seneca epistola. xxiiij. ad lucillum. Ipse inquit voluptates in tormenta vertunt̄ epule crudelitatē generāt neruorūq̄ torporē libidinē q̄ ꝛ articulorū deprauationē. vale.

vij.ca.ij. Aristo. inquit vtilissimū pre ceptum est vt voluptates abeuntes cōsideremus. si enim cōsiderate fue rint pretermittenē. Prochdolor tñ teste lactan. li. de falsa sapientia. Uo luptas a cūctis appetitur: sed hone sti vim nō habet. ⁊ lib. de vero cultu idez lactantius. Illecebre inquit vo luptatū arma sunt illius cuius opus est expugnare virtutem scʒ dyaboli Scit enim qz mortis fabricatrix est voluptas. vnde vt refert tullius in li bro de senectute. Archita tarentinus magnus in primis ⁊ pclarus vir nul lam capitaliorem pestē ꝙ volupta tem corporis hoībus dicebat a natu ra datam: cuius voluptatis auide li bidines temere ⁊ effrenate ad potiē dum incitarentur: hinc patrie ꝓditio nes: hinc rerum publicarū subuersio nes: hinc cū hostibus clādestina col loquia nasci. Nullūz deniqꝫ scelꝰ nul lum facinus malum esse: ad quod su scipiendum nō libido voluptatis im pellat: ⁊ virgilius in buccolicis. Tra hit sua quenqꝫ voluptas. ouidius .i. de arte. Cure est sua cuiqꝫ voluptas catho. Pauca voluptati debentur plura saluti. Morbi causa mali est sua nempe cuiqꝫ voluptas. ꝓsper in epigram. Non semꝑ vere est felix im pleta voluptas. His itaqꝫ testimo nijs clare deducitur ꝙ voluptas nu trix est libidinis omniumqꝫ scelerum carnis merito ergo vitanda. Hij ta men voluptatem amant qui delica te viuunt: ⁊ escarū varietate replen tur: ⁊ exinde luxuria infestātur. ideo refert tul. li. de senectute platonēʒ di xisse escam esse voluptates malorūʒ ꝙ ea videlicet homines capiant vt hamo pisces: qz scilicet in gula vitia nutriuntur. ouidius li. ꝑmo sine titu lo. Nox ⁊ amor vinumqꝫ nihil mo derabile suadent. illa pudore caret: liber amorqꝫ metu. Impia sub dulci melle venena latent. Hec enim tria querunt voluptuosi scʒ noctē: vt eui tant pudores ⁊ libertatem amorē vt neminē timeant vinaqꝫ postulant: vt luxurie fomenta nutriant. itaqꝫ volu ptatibus carnem ⁊ spiritūʒ inficiunt ⁊ ꝙto voluptas maior est eo ꝙ ma gis animum a sede sua ⁊ statu dimo uet. sed teste quintil. li. iiij. Fallit vo luptas. ⁊ boetius de cōsolatiōe. Uo luptatum appetētia plena est anxie tatis facietas vero penitēter. Si igi tur viuere cōtinentie cupis volupta ti nō intēdas ne delicijs vaces quod faciunt seculi amatores: qui nihil ali ud preter carnis edia somniant me los ⁊ carmina querunt: coreas ⁊ lo cos ⁊ quicquid voluptati subseruit: sed teste Ouidio. iij. de arte. Res est blanda canor: scʒ voluptuosis: sʒ eo dem Ouidio teste. ij. de reme. Ener uant animos cithare cantusqꝫ lireqꝫ Nam cantibus vanis harmonijs li bido sepius mendicatur: et a volu ptate nutritur. Si enim sobrie viue res: et delicate corpus non foueres:

periret rebellio carnis lubricitas di=
scederet et innumerabiliũ temptatio
num genera sub iugo rõnis teneres
vite delicacitas comessationũ super=
fluitas luxum incessanter procurat.
macrobius li. saturnaliuʒ. Ea que ex
tactu atqʒ ex gestu voluptas est om
nium rerũ fedissima. eosqʒ maxime q̃
se his duabus dedere voluptatibus
incõtinentes et intẽperatos dicimus
tullius li. de finibus bonorum et ma=
lorũ. vna voluptas multis obscura
tur voluptatibus in vita voluptaria
Abscedant igit̃ hij qui voluptates
virtutibus pretulerũt: sicut aristipia=
ni aliqui stoici. vt tangit aug. v. de ci
ui. dei. Horum etiam sequaces sunt
adulteri ceteriqʒ libidinose viuentes
voluptas enim nõ solũ eam libidinẽ
prouocat quã natura nõ prohibet: sed
etiam vsqʒ abusus indicibiles conci=
tat. Nam voluptuose viuens brutis
bestiis lũor fit atqʒ ĩmoderatior. bru=
ta nempe indicibile sodomiticum cri
men respuunt: quod tamẽ voluptas
in quibusdaʒ peruersissimis hoĩbus
quandoqʒ plantauit. Bruta tñ sue
nature leges nõ ita infringunt. teste
ouidio. ix. methamor. Non vaccam
vacce: nec equas amor vrit equaruʒ
vrit oues aries sequitur sua femina
ceruum. Unde igitur hoc enorme vi
tium processit: vt ceteris animalibus
perfectius et celsius scilicet homo or
dinem nature quandoqʒ puertere p̃=
sumpserit. Heu in limitib⁹ nature tot
sunt peccandi genera. Magna igi=
tur illius est iniquitas q̃ hec oĩa trã
scendit. Nescio quis peccatum hoc
adinuenire potuit. Arbitror enim
nullum p̃mo ip̃m excogitare potuis=
se: sed demones delictorũ inuẽtores
q̃ feminis se copulasse ferunt̃: viris=
qʒ a quibus gigantibus processisse le=
guntur. nõ quidem eorum ex semine
q̃r nõ habent: sed ex translato virorũ
semine cõsimilia fecisse narrant̃. Hij
igitur demones qui nature sue leges
subuertunt hoĩes quosdam: vt esti=
mo ad hanc enormitatẽ deduxerunt
vt sodomite fierent: et p̃ feminis ma
sculos acciperent quod fecisse legit̃
nero: vt narrat eunodius. Ludit in=
quit in ancipiti constans fallacia se=
xus. Femina cum patitur in per=
agit cum turpia mas est. ideo ouidi
us libro epistolarum. Sint procul a
nobis iuuenes vt femina cõpti. Re=
uera minor satisqʒ mirari nequeo q̃
libido aut complacentia in pari sexu
existat. nulla enim rõne aut rõnis co=
lore hoc vitium excusari potest seu
quouismodo alleuiari. De ip̃o igitur
tanq̃ de indicibili sileamus: et eaʒ lu
bricitatem reprobemus in quam fre
quenter prochdolor decidunt hoĩes
quam voluptas nutrit: nunc adulte=
ria nunc rapt⁹ et stupra hoĩm societa
ti inserẽdo. namqʒ tãto vsu hmõi for
nicationes exercent̃: vt p̃ erubescen=
tia nõ habeant̃. imo certe p̃ honore
et gloria. vix enim verer̃ mulier adul=

tera nuncupari. Uiri quoq; iugiter adulterari minime timent. Refert tamen valeri. li. vi. ca. v. vt supra narratum est q filius saleuci ppter adulterium vtroq; oculo priuari condemnatus fuit. Itaq; adulteria olim sic impunita sicut nunc nō pmittebātur. Nam teste terentio in andria. Ingenium boīum procliue est ad libidinem. ouidius de ponto. Ueneris dānosa libido non solet in mestos sepe venire thoros: sed potius quieta cōiugia rumpit. Ideo cōsulit tibullus li. iij. Ne vos decipiāt pendentia brachia collo: nec capiat blāda sordida lingua prece. Nempe eloquia ficta que blanda videntur vtriusq; sexus homines sepe decipiunt. ornatibus quoq; atq; muneribus alliciunt. iuxta illud ouidij pmo de remedijs. Decipiunt cultu auro gemmisq; teguntur. Omnia pars minima est ipa puella sui: qr scz puelle plurime plus ferunt in ornatu q in proprio corpore toto. suis ergo apparatibus ducuntur homines ad viaz perditionis. ibi q felicitatē querunt vbi nō nisi feditas et corruptio est. Attendat igitur sapiens quibus cōiungitur psortijs. Nam vt qui tangit picem inquinabitur ab eā: sic vir insertus feminarum cōuiuijs de difficili continens est. vñ ouidius. ij. de remedijs. Nō facile est taurum visa retinere iuuenca. Et pene extinctū cinerem si sulphure tangas. Uiuit et ex modico maximus ignis erit. Itaq; modica occasione libido totuz hominē vrit. Sed quid sapiens facturus erit vt caste viuat: Ibi namq; expedit vt feminarum visum et tactum fugiat: sobrie viuat: vitaq; voluptuosa nō viuat. Nam teste ouidio vbi supra. Diuitijs alitur luxuriosus amor. Non habet vñ suū paupertas pascat amorem. et subdit ad ppositum. Uina parāt animo veneri si plurima sumas. ideo catho. Cum te detineat veneris damnosa voluptas. Indulgere gule noli que ventris amica est. Nempe si sobrie vixeris: faciliter castus eris. Si aūt per castrimargiam castitatem neglexeris ad omnium vitiorum pcipitationem faciliter declinabis.

Capitulum vicesimūseptimum de inuidia.



Nter vitia minus excusabile est inuidia. occasione enim nō solū vera: sed etiam apparente caret. Quid. n. tibi si bene proximo fuerit: aut cur inde anxiaris. Si aūt quis lugeat quale tibi inde gaudium assurgit. Dices enim quod te offendit: sed tunc nō inuidia: sed ira et vindicta tuum odiuz est. Rursus dices bonū alienum tibi obesse aut malefactuz pdesse: eo q prosperitas pximo collata tui esset: si nō foret ipe aut si casu vl' obitu de

cederet:sed tunc peccatum tuum non proprie inuidia:sed potius ambitio vel auaritia est. Tunc autem inuides quando ex propria malicia alterius bonum videre nequis:aut malum cernere letaris. Si enim exinde nec homini decrescat nec malum contingat inexcusabilis vtique malicia tua est. Unde inuidus quasi non videns dictus est:quia qui inuidet alterius prosperitatem libenter non videt. de consimili vitio loquitur ouidius de ponto. Ledere viuos liuor et iniusto carpere dente solet: quia scilicet inuidi iustis semper inuident:quorum malicia liuor merito nuncupatur. claudianus in maior. Rabiem liuoris acerbi nulla quies placare potest. horatius in epistolis. Inuidus alterius rebus marcescit opimis inuidia seculi non inuenere tyranni maius tormentum. marcialis cocus. Rumpatur quisquis rumpitur inuidia. Nullum enim maius flagellum mentis quam sit inuidia:corpus namque desiccat faciem pallidat suspiria gemebunda infert cor triste facit dentium rugitus concitat detrahere petit ignominiam alterius. libenter enarrat sed honorem proferre renuit querit inuidia non quid aut quomodo dicat penes se murmurat seipsum affligit nec desoris venit:sed ex interiori malicia manat. Hoc enim vicium demones habent humane inuidentes proli: quorum filij perditionis sunt homines inuidi alterius bonum proferri dolentes quibus mors est omne quod proximorum est appetere etiam si melius possideant. Dicunt enim illud ouidij primo de arte. Felicior seges est alienis semper in agris. vicinumque pecus grandius vber habet: O impia turpis nequissimaque inuidia quot viros perdidisti:quot degradasti bonos et prudentes. cetera enim vitia occasionem licet non sufficientem aliquatenus tamen apparentem exhiberi possunt:sed tu inuidia tue malicie causam ignoras. Est enim quis superbus quia diues:quis iracundus:quia lesus. quis gulosus:quia edacibus iunctus:quis lubricus quia mulier infestat:quis piger:quia pinguis aut senex:quis auarus:quia deficere timet. Sed non apparet cur inuidus quis existat nisi ex propria malicia qua quis seipsum prouocat:et de bono alieno dolorem sibi aggregat. vnde in prouer. sapientum dicitur. Inuidia est animi dolor ex alienis commodis. Nulli enim inuidet vir bonus et prudens. et subditur. Scias enim multis abundare virtutibus iu se qui alienas amat. tullius in oratione pro cornelio balbo Est hec seculi malicia quedam atque labes virtuti velle inuidere:ipsumque florem dignitatis infringere. Erubescant igitur inuidi quam sui criminis occasionem nesciunt. dicente tul. in tusculanis questionibus li. iiij. Inuidentia est egritudo suscepta propter alterius res prosperas cum nihil noceant inuidenti. ideo socrates ait. Malum alienum tuum ne feceris gaudium. Nempe magnis tristitijs affligitur qui semper dolet:

vbi proximus prosperatur. Nam alterius molestia ex compassione quadam naturali animū molestat etiam inuidi recusantis: saltem ad tempus q̄q̄ nō perpendat: nisi cum totus in magnis fuerit. et si rursus de bono alterius dolet in quo igit̄ gaudebit. Hec enim miseria inuidorū est qd seipsos affligunt nō solum aduersitatis occasione quod faciunt irati: sed etiā ꝓpria malicia et imaginatione. Quid enim obfuisset fabio si regi anthioco naues elargitus fuisset quas secauit et interitui dedit. Narrat eni valeri⁹ li. vij. q̄ cum fabius regem anthiocū superasset: dimidiamq̄ partē suarū nauium ex pacto recipere deberet: tunc fabius nauea singulas ꝑ medium iussit diuidi: vt regem anthiocū classibus priuaret. sed quid sibi profuit. Nunqd melius ei fuisset ex quo victor erat si pactū ꝓspere tenuisset Hoc tñ fieri inuidia nō permisit que nullius bonum permitere pōt. Heu noui quoniā inuidia fera pessima est suoq̄ veneno eo citius inficit et pungit quo aliquem meliorē et virtuosiorem sentit. quoniā teste tullio in rhetorica scđa. Uirtutis comes est inuidia. Africano siquidem dedit industria virtutem virtus gloriā et gloria emulos cōparauit. salusti⁹ in iugurthino. Post gloriam memineris inuidiam sequi. Itaq̄ inter mortales difficilimum gloriam inuidiam vincere. Nam dyabolus illius satur est.

Consideret igitur prudens q̄ graue peccatum sit inuidia que sponte et ex propria malicia in animo concipitur vnde tullius in philippica. ij. Nec inquit grauiora sunt mala que animo concipiuntur q̄ que corpore feruntur. Miserior igitur est qui in se suscipit scelus q̄ qui alterius facinus suscipere cogitur.

¶ Finit liber sextus.

¶ Incipit liber septimus qui est de morte et de consideratione eius. Et primo premittitur prologus in eum.



Status omnis humanus ruinosus est: nulloq̄ iure stat⁹ debet vocari: nisi rebus decliuioribus comparetur. Omnes enim diuites et potētes olim qui floruerūt: modico terre angulo conclusi sunt. Itaq̄ mors cunctis pompis honoribus terminū imposuit. quamobrem huic. vij. li. prologum de morte premitto. Arbitror enī mortem fore speculū quorūlibet statuum mūdi. nā qui se moriturum considerat si celsus est minime gloriatur: cernens suo principatui ignotum finē preberi. Si pauper quis

est tolerantie remedium mors ipsa p̄stat: eo q̄ facilius dolorem animus gerit quem nouit breui cursu cōsummari. Fiet igit̃ p̄cessus: vt in p̄cedentibus per probleumata.

Cap̄lm primū de miseria ꝛ breuitate huius vite.



Ite huius breuis cursus anxietatibus fatigatur. itaq̄ȝ vita presens nihil aliud videt̃ nisi miseria breuis vn̄ iob. Homo natus de muliere breui viuens tp̄e repletur multis miserijs. ꝛ ex p̄uerbijs sapientum colligitur q̄ homo vite cōmodatus est nō donatus. Lex enim vniuersalis est que iubet ꝛ nasci ꝛ mori. itaq̄ȝ male viuūt qui se semp̄ victuros putant. Nēpe nō ex debito sed ex mutuo viuimus. Queso igitur ne quis dicat tot vł tot annos habeo: q2 anni tui nō sunt ex quo mutuo accepisti vnde cuidaȝ dicenti. xiiij. annos habeo: responsuȝ ē xiiij. annos cōmemoras quos nō habes: q2 p̄terierunt ꝛ si essent eos non haberes: q2 nō possideres hec tāgit sene. li. de naturalibus questionibus Igitur sileant qui pre grādi iuuentute de futuris annis gloriantur. sileant ꝛ hi qui sua vetustate laudeȝ sibi ascribunt miranda se vidisse iactant Nam isti gloriant̃ de eo qđ oīno preterijt. iuuenes aūt in eo sperāt cuius securitatem ignorāt ouidius sine titulo li. ij Labitur occulte fallitq̄ȝ volubilis etas. Et celer admissis labit̃ annis equis ꝛ idem. iij. de arte. Ludite formose tenere cātare puelle. Nā defluūt anni more fluētis aque. Nec que p̄terijt iterum reuocabit̃ nuda: Nec que p̄terijt hora redire pōt. O q̄ūo putas eos fastibus eleuari q̄ solia mundi obtinent: eo q̄ sui transit⁹ proximitatem negligunt. q̄ta enim esset temeritas eorum: si absq̄ȝ fine viuerent: ex quo modica vite morula extollit cornua ipoȝum Attendāt. n. illud oui. xv. metbamor Cuncta fluunt nihil est qđ toto p̄stet in orbe. ipa q̄ȝ assiduo voluunt̃ tp̄e motu ouidi⁹ li. vi. de fastis Tempora labunt̃ tacitisq̄ȝ senescimus annis petronius. Heu nos miseros q̄ totus homuncio nil est. nil erimus cuncti postq̄ nos auferet ortus. Nunquid ergo laudabile foret si nosipsos cōspiceremus: dierūq̄ȝ breuitatem oculis anteponeremus. tunc enim supbia periret diuitie sufficerent pauce diuinoq̄ȝ cultui singuli vacarēt. Porro nullus tam effrons tam impenitēs inueniri posset: quin tremore mortis recōciliari deo disponeret. Nouimus tn̄ q̄ mori oportet: sed nō attendimus ꝛ si occurrat memoria quedam: tunc p̄crastinus mundiq̄ȝ vanitatib⁹ nos occupantes faciliter desistimus. vtinam attenderemus illud maximiani Cuncta trahit secum vertitq̄ȝ volu

bile tempus: nec patitur certa curre re quecꝫ via. Jam nihil est, totuꝫ qđ viximus oīa secum tp̄s preteriēs bo ra que summa trahit. Rursus si bre uitas vitam spernere nō docet; saltē hoc faciat ipsius breuitatis miseria. Nam teste apuleio li. de deo socratꝭ Fortuna caduca sigillatim morta les voluto tēpore vocat: anxijsqꝫ mē tibus ꝛ obnoxijs corporibus viuūt. vnde scōs p̄bus. Quid est inquit ho mo et respondet mens incarcerata fantasma temporis speculator vite mancipium mortis transiēs viator loci hospes aīa laboriosa parui tp̄is habitaculū. His igitur attētis quis sapiens de vita p̄senti sollicitabitur in qua nō nisi miseria reperiť, ꝛ licet bruta vite miseriam habeant, angu stior tñ est vita humana: cui natura minime prouidit: bestijs aūt necessa ria dedit. vnde plinius in historia na turali li. vij. Ceteris inquit animāti bus varia tegimenta natura tribuit vt cornua spinas pennas squamas vngues: arboribusqꝫ cortices hoīeꝫ vero nudum natura produxit, dicen te catone. Infantem nudum cum te natura creauit. Paupertatꝭ onus patienter ferre memento. sidoni⁹ in suo ep̄lari. li. v. O necessitas abiecta nascendi miseria viuendi dura moriē di. valerius li. ix. ca. xij. Humane vite cursus ꝑut fortuna gubernaculum rexerit: modo aspero modo trāquil lo motu peragitur spe semper minor dum ꝛ cupide votis extenditur ꝛ fe re sine rōne cōsumitur. Miruꝫ est igi tur cur sapiētes qui se reputant tātis criminibus misere vite fomenta con questant. Nullus enī in corpe viuēs felix esse potest: si qua tamē felicitas fuerit: ideo est q2 vita mente abutiť p̄sens: futuraqꝫ bonis opibus expe ctatur. nam dicit plautus in aulula. Timor cupiditas auaritia felicē esse nō sinunt hominē: scꝫ in presenti vita boetius. iij. de ꝯsola. Dignitatib⁹ ful gere vis. ꝛ preire ceteros honore cu pis: sed tandem obnoxius periculis patebis. gloriam petis: sed securus esse desistes. Nempe ꝛ inconsiderā ti quid mors sit gaudeo, ꝛ lugeo gau deo inq̄ꝫ vite future visa magnitudi ne: cuius aditus bona mors est: sed lugeo: q2 corpus formidat mortem: languores habere timescit: ꝛ in cine rem redigi recusat. Reuera tamē sa piens si fuero plus adest mihi gaudij q̄ꝫ luctus. Naꝫ si mors me molestat spes futuri seculi magis me delectat Noui enim q̄ꝫ mors trāsitus breuis est. Unde hildebertus de exilio suo. Mos est inquit hic hoīs semꝑ cum tpe labi: ꝛ semꝑ quadam conditione mori ꝛ hoīs nudum nasci: nudumqꝫ reuerti: est hoīs putrere solo limūqꝫ fateri: ꝛ miseris gradibus in cinerem redigi: res ꝛ opes prestanť ei famu lantur ad horaꝫ ē locuples mane ve spere pauper erit. marcialis cocus. Gaudia nō remanent sed fugitiua

volant: scilicet post mortē. vnde maximianus. O ꝙ dura premit misero cōditio vite. Nec mors humano sub iace arbitrio. Dulce mori miseris sed mors optata recedit. At cum tristis erit pcipitata venit. Morte melius ꝙ mortis ducere vitā. Pena minor certam subito pferre ruinā ꝙ ꝙ pertimeas sustinuisse diu. Et subdit. Quot bona tūc habui: tot modo dāna fleo. Nonne placet melius certis confidere rebus. Euētus varios res noua semp habet. Felix qui potuit trāquillam ducere vitā. Et letos stabili claudere fine dies. Ex quibus cōcluditur breuitas miseriaq vite presentis.

Caplm scdm quomodo vita presens est carcer anime.



Anima rationalis dei formis est immortalis ꝙ sibi. ergo carcer est corpori iungi mortali carnisq pnitas spiritu ad scelera trahit: et velut mācipata carceri: sic anima fenestrulis angustis res de foris conspicere potest vt tāgit hildebertus de exilio suo. vn loquendo in persona anime sic ait. Egrediar s nescio quo sed nescio qn et fortasse dies iste supmus erit. Est ergo ponenda domus qua libera tristi carcere perpetuo iure carere queam. Itaq anima petit vt extra corpus sit: carcereq careat. sibi igitur tedium est corpus. Unde et sapiētes plures corporis tedia vitare volentes seipsos interfecerunt. vnde narrante eusebio in cronicis. Anno imperij augusti. xl. pmo. Marcus porcius catho latin⁹ declamator tedio duplicis quartane seipm interfecit. In hoc autem attestari minime debet: quia se necare nullus iure potest ipmq atq lucresiam hac de causa redarguit augusti. in libro de ciuitate dei. Sufficiat autē ꝙ prelibata hystoria in hoc seruit nobis ꝙ vita psens tediosa est ipius anime carcer. Nam corpus sordibus constringit animam. vude prudentius. Estuat et sordes atq arta vincla recusat scilicet anima. Galterus alexāder. vij. Allicit illecebris animam caro: nec finit esse principij memorem ꝙ eius imaginis instar facta sit etc. quia scilicet carne inclinante: anima sepi⁹ obliuiscitur qd sit imago dei: quando scilicet operibus rationis se nō conformat. Eandem sentētiam tangit bernardus in microcosmo. Sed lector querere potest: an mori appetere liceat visa miseria vite. Cui respondēdum occurrit ꝙ vir sapiens ad mortem currere nō tenetur: sed vitā exire vt dominus disponit libenti animo. vnde seneca ad lucillum epistola. xxiiij. Quotidie morimur. quotidie enim demitur aliqua pars vite. et subdit. Ridiculū currere ad mortē

tedio vite. Vir inquit fortis sapiens nō debet e vita fugere: sed exire. idez seneca epistola. lxxvij. Nec vita sit tedio nec mortis timori. et subdit. Quicquid enim expectatum est diu lenius accedit. Itaqꝫ si mortem absqꝫ timore expectaueris eam nō ita formidabis. vnde quintus curtius libro. iiij. Fortium virorum est magis mortē contemnere ꝙ vitam odisse. valeri⁹ maximus libro. ix. Ratio vitam diligere mortem nō timere precipit. epicurus. Ridiculuz est currere ad mortem tedio vite: vt superius seneca. et subdit epicurus. Quid inquit tam ridiculum ꝙ appetere mortem cuz vitam inquietaz tibi feceris metu mortis. Nam seuitia est velle mori: vt inquit lucanus libro quinto. Nempe aliud est vitam cōtemnere: aliud est non timendo mortem vitam odisse. Nulli enim fas est vitam odio habere. ipsam autē contemnere sapientis. galterus alexā. vi. Fortis animi est contemnere vitam. nō tamen odisse. Aliqui tamē vitam nō ex vitute sed ex miseria contemnunt quibus laus debetur. marcialis cocus. Rebus in angustis facile est cōtemnere vitam fortiter ille facit qui miser esse potest Ex predictis ergo colligamus ꝙ nec ad mortem correndum nec vita presens amanda est. Qui enim mortem querit dies breuiat in quibus proficere habet. qui autem vitam diligit animam incarcerari nō metuit, vitaz ergo potes nō odisse: sed contemnere libet: vt nō ceteris aīam immortalem corruptibili corpori applicari.

Capitulum tertium de contemptu mortis.



Insipientie est formidare quod vitari non potest: ꝙ cum accidit ipsi sapienti vtiqꝫ melius est. Sed nunquid mortē formidare natura petit. Quis igitur ꝙtumcūqꝫ sapiens non timebit. Nempe mortē absqꝫ delicto formidare potes: si eaz naturali quodā desiderio refutes: sed sapienter si deliberaueris eam nō timendam cōcludes. Aliud enīz est primis motibus impellentibus timere mortem: aliud deliberatione ꝓhabita nō contēnere mortē qđ faciunt insipiētes. vñ senec. li. de remedijs fortuitoꝝ. Stultū est timere qđ vitare nō potes. idez li. vi. de natu. qō. Contēne mortem et oīa q̄ ad mortē ducunt siue bella fuerint siue naufragia siue grauia pondera. nunqđ amplius facere pñt ꝙ vt corpus ab anima resoluāt qđ nulla diligentia nulla potentia euitare pōt. nā sepatio corpis et aīe hoīs vtrāqꝫ partem sue nature restituit. nam terre debetur corp⁹ cū ex illa plasmatū fuerit celis autē immortalib⁹ immortalis aīa debet. Sapiens igit cōtemnat mortem. vale. li. ix. Corpis et anime

societas non firmo vinculo coheret facile dirimitur. Naz stultū est in eo cōfidere quod levi perdit casu. varro in suis sententijs. Qis cuz natura litigat qui mori grave fert: duplexqz malum est: cum moleste ferimus qđ necesse est. seneca de naturalibus q̄stionibus. Pusilla res est hominis vita: sed ingens res cōtemptus vite hanc qui contempserit securus videbit maria turbari: secur⁹ aspiciet horridam faciē fulminantis celi. Quid inquit ad me q̄ magna sint quibus pereo. Ex quibus concludit qꝑ vita contēnenda est: ex cuius contēptu sequitur contemptus mortis. et idem seneca in troade. Optanda res est sine metu mortis mori. idem in thieste. Abeant questus discedat timor. idem in hercule etheo. Nusqz ille miser est cui facile est mori. O vtinā divites mundi ista respicerent mortē: qz nō ita timerent quam ideo formidant: qz sua possedia diligunt nimis qz timent his privari in quibus cōfidunt. Si enim in bonis post mortez futuris cōfiderent mortē vtiqz contēnerent. Utinaz attenderēt illud sene. ad lucillū. xxvi. Que querela est aut incōmodum si quicquid debeat desinere deficit. Et qs exitus melior q̄ in finē suum natura soluente dilabi. Nempe mors precessit et mors secutura est: vt ponit idez sene. ep̄la. liiij. et idem seneca ep̄la. lxxvij. Nemo inquit tam imperitus est: vt nesciat se quandoqz moriturū esse: et tamen cū prope accesserit tremit et plorat. Nū quid ille inquit tibi videt stultissim⁹ qui fleuerit eo qꝑ ante mille ānos nō vixerit. Eque stultus est ille qui flet eo qꝑ post ānos mille nō vivet. Hec ĩquit paria sunt nō eris nō fuisti vtrūqz tempus alienum est. Quid enim fles ad hanc legem cū sis natus: idē ep̄la. lxxxij. Non aūt est mors gloriosa sed fortiter mori est gloriosuz. que dementia est fugere cum retroire nō possis. tulli⁹ in philippica. viij. Turpis fuga mortis omniqz morte peior est. qui ergo sapiens est mortem nō metuit. idem tullius li. ij. de tusculā. questionibus: qz mori necesse est et qz mors nihil habet quod sit horrēdum mortē ideo non timeo. vnde refert valerius li. vi. ca. ij. qꝑ cum theodorus cyreneus regē lisimacum increpasset eo qꝑ quidaz nimis indigesta fecerat ob hoc lisimaticus iussit theodorū cruci affigi. et tunc theodorus ait. Mea siquidez nihil interest humi aut sublimi putrescam. catho. Fac tibi preponas mortē nō esse timendā. Que bona si non est. finis tū illa malorū est. Non metuit mortez qui scit contēnere vitam. vnde lucanus li. viij. Mors vltima pena est: metuenda viris. Si enim aliquo pacto mors effugi posset: aut si post mortem nulla vita esset: vtiqz formidanda foret. Sed a nullo evadi poterit. Sancteqz moriens vita post

mortem fruetur potiori. Nulli igitur sapienti restat pauor mortis. vnde se cundus phus. Quid inquit est mors & respondit extremus somnus diuitum pauor pauperū desiderium ineuitabilis euentus lacus hoīs fuga vite resolutio oium. horatius. Debemus morti nos nostraq;. Et subdit Mortalia ficta peribunt. ouidius i epistolis. Occurrunt animo pereundi mille figure. Morsq; minus pene q̄ mora mortis habet. & horatius in odis. Omnes vna manet mors et calcanda via semel leti. & sene. in tragedijs. Fatis agimur credite fatis nō sollicite non possunt cure mutare rati stamina fati: serius aut ocius sedem pperamus ad vnam. Ecce igitur aperte cōspicimus mortem vitare nō posse. Nimirum igitur si contēnanda consulitur. Attendamus igit quoniam teste claudiano in minori. Omnia mors capit. vñ morti loquēdo sic dicebat. Quicquid liquid⁹ cōplectitur aer quicquid alit tellus q̄cquid maris equora ventus quod fluuij volunt quod nutriuere paludes: cuncta tuis pariter cedunt aīalia regnis lunari subiecta globo q̄ septimus auras ambit & eternis mortalia separat astris sub tua purpurei veniunt vestigia reges deposito luxu turba cuz paupere mixtim omnia mors equans. ouidius. iiij. sine titulo. Omne sacrū & mors importuna prophanat. Omnibus obscuras inijcit illa manus vive pius morere pius cole sacra colentes. mors tñ a templis in canabusta trahit. que verba nil aliō sonant tam claudiani q̄ ouidij: nisi q̄ oīa que sunt sub pcauo lune peribunt: oīsq; homo pius vł impius suos morte terminabit dies. Nempe mori naturale est. & oīa post mortem in id petunt resolui ex quo pcesserūt. vnde maximia. Ortus cuncta suos repetunt matrēq; requirunt. & redit in nihilum quod fuit ante nihil. & lucanus. Capit oīa tellus que genuit celo. statius i thebaidos. Mille modis leti miseros mors vna fatigat. ppter in epigrā. Ferro peste fame vinclis ardore calore. Mille modis miseros mors rapit vna homines. quibus attentis mors contēnanda est: quam euitare nullus etiam sapiens valet. Innumerabiles eniz laqueos hoibus tendit & insperate venit. vnō eunodius. Mors nō expectatis ordinibus venit. Ipsa est enim omniū mortalium finis. sed ipa finem nō habet: q̄diu seculum presens manebit. quinimmo & mors peccatorum semper mors erit. est ergo sine fine finis vnde seilo. Mors omne durum presens graue triste futurum. Fine carens finis & plena ruina ruinis. Omnia enim mors cadere facit: sed post illam viuentibus pie celsus iudex deus miranda pmittit. Vir ergo sapiens est qui mortem contemnit.

¶Ca.iiij. de preparatione et desiderio bone mortis.



Mors bona in eternam cōmutat vitaȝ mortalem: neqȝ bene morientibus mors vere contingit: sed vita multo celebrior assignat. vnde mercuri⁹ termegistus ad asclepium. Nos q̇dem piissimis votis optam⁹ si diuine placeret pietati: vt nos mundana custodia absolutos superiori parti nature restituat. ¶Et hec est merces pie sub deo diligenter: et cum deo viuentibus. Ouidius tertius methamorphoseos. Ultima semper expectāda dies homini est: diciqȝ beatus ante obitū nemo supremum debet. Nam vita p̄sens beatitudine frui non pōt. mors ideo bona qua vir pius deo cō iungitur. gaufredus in poetria noua Quando quidē mortem nō posse vitare necesse est: transeat in formā virtutis: quasi dicat ꝙ facienda est de necessitate virtus. Nam tunc virtus est si bene appetis quod bene habere potes. tunc enim mortem bene habes qn̄ vt bene moriaris ꝓuides. vn̄ macrobius li. i. de somno scipionis dicit mortē philosophātibus esse appetendam ipamqȝ phiam esse meditationem moriēdi. vnde plato duas mortes hoīs nouit quaꝝ vnam natura et alteraȝ virtutes p̄stant. Hō enī morit cū aīa relinquit corp⁹ solutū lege nature. mori etiā dicit cū ipa aīa adhuc in corpe ꝯstituta corporeas illecebras phia docente contēnit et cupiditatū dulces insidias reliquasqȝ oēs passiones exurit. et hanc morteȝ dicit plato sapiētibus eē appetendā Sic enī mori nihil aliud est nisi vite voluptates contēnere et futurā vitā desiderare. marcia. cocus. Dulcia defecta moderatrix carmīa lingua. ¶Cātator cignus funeris ipe fui: itaqȝ sicut cignus cantat dū est moriturus: sic etiā sapiens letari dȝ duȝ moritur melius viuiturus. sȝ mors a plurimis formidat: eo ꝙ pauci ad bene mori p̄parantur. Quō enim bn̄ mori poteris si tue mortis casum nō preuides si vt bene moriaris opa bona nō pficis. Nempe si scires te bene moriturum: morti forsan nō ita ꝯtradiceres Uis aūt scire q̄ mors tua erit: viuere sic studeas vt bn̄ mori queas. qualis enī vita fuit talis ipa mors erit. vnde tul in li. de senec. Hoc p̄meditatū ab adolescētia dȝ esse. mortē et negligamus sine qua meditatōe tranquillo aīo nemo pōt esse. Moriendū enim certe est et id incertum: an eo ipso die Mortē igit oībus horis impēdentem timēs quis poterit aīo tuto ꝯsistere. Sapiens igit quisqȝ equo aīo morit et ab hac vita discedit tanq̄ ex hospitio. ¶Cur igit multis mors ē sic onerosa. ideo est q2 in opinate moriūtur: nec de futuris bonis post mortē habēdis sollicitant. tulli⁹ de padox.

Mors terribilis est hijs quorū cum vita oīa extinguunt̄:nō hijs quorū laus emori nō pōt.idem tul.in tuscu. qōni.li.i.Tota inquit phorum vita vt ait plato cōmendatio mortis est.nā quid aliud agimus cū a voluptatib⁹ id est a corpore cum a re familiari q̄ est ministra ⁊ famula corpis cū a re pu.cum a negocio oī seuocamus animum qđ inquam agimus:nisi aīum ad seipm aduocamus secū esse cogimus:maximeq̧ a corpe abducimus Secernere aūt a corpe aīum nec q̄c q̄ aliud est q̄ mori discere quare hoc cōmentemur mihi crede disiungam⁹ nos a corporibus.id est ꝯsuescamus mori.Ille ergo viuens morit̄ qui carnis desideria nō sequitur.Nam quid est mors nisi sepatio anime a corpore que tūc separatur qn̄ voluptates ipius nō imitatur.seneca in agamēnone.O q̄ miserum est nescire mori. Illi enim mori nesciunt qui se tanq̄ morituros nō disponūt.Nullū enim bonū adiuuat habentē:nisi ad cuius amissionem pparatus est animus:vt seneca inquit ad lucillum epistola.iiij. quasi dicat q̄ ad mortē sic se debet pparare homo vt q̄ possidet sic diligat q̄ pdere nō timeat.seneca ad lucil.epl̄a.xxvi.Qui mori didicit naturę seruire didicit:supra omnem potentiam mors est:⁊ certe extra omnem Quid ad illum scꝫ moriturum carcer ⁊ claustra ⁊ custodia.Mors enim liberum hostium habet.Illum igitur lauda ⁊ mirare quem nō piget mori cum amet viuere. Que enim est virtus cum eijciaris exire.Sapiens enī nil inuitus facit necessitatem effugit hec seneca ad lucillum li.iiij. O vos igitur seculi sapientes discite preuenire mortem viam preparate vobis nec differatis.Nescitis enim diē neq̧ horam qua mors ventura sit .versificator. Ne sis securus hodie vel cras moriturus.Intus siue foris est plurima causa timoris. Cunctis sis horis hominis memor interioris. sꝫ immemores illi inueniuntur qui corporis desideria complere tantummodo nituntur.Utinam animaduerterent corporis edia:futuris anime solatijs comparari nō posse. salusti⁹ in catilinario. Mors erūnarum requies est nō cruciatus nec mors mala est:q2 nullū malū gloriosum. mors aūt gloriosa est.vn̄ ⁊ zenomanus sibi mortē intulit:vt feliciter post mortem viueret:narrāte lactan.⁊ lꝫ bene fecisse nō credat̄:vite tn̄ future celsitudinē attestat̄.Unusquisq̧ igit̄ ita se pparet:vt morte gloriosa finiat vitam.seneca.iij.de naturalibus questionibus.Mors est lex tributū officiumq̧ mortaliū.malorumq̧ omnium remediū.⁊ subdit.Mors igitur nomē nō formides effice illā cogitatione multa tibi familiarē:vt illi obuiā exire possis.vn̄ in ꝓuer. sapientū colligit̄ q̄ cum vita est gratia ꝯditio mortis est optima.⁊ boeti⁹.i.de cōso.

Mors hominū felix que se nec dulcibus annis inserit ⁊ mestis sepe vocata venit. Hec etenim sepius considerans clare cōspicio bñ vivere oportere bñ cupienti mori: bonaqꝫ mors prebebit que vita nō potest exhibere presens. seneca ad lucillum. xxiiij. Multum fuit carthaginē vincere: sed amplius mortem nō timere cui⁹ beneficio nil anteferēdū. Licet tamē mors vt prelibatū est bona sit: nulli tamē mortē licet inferre. seneca in agamenōne. Rudis itaqꝫ tyrannus ē morte qui penam exigit: vita agitur q̄tum deo placet vnicuiqꝫ permittēda est: nisi sceleribus mors ꝓmereatur. Ex prelibatis igit̄ hoc suscipiat documentū lector: vt scꝫ bene viuendo mortis vendicet ꝓpicium dieꝫ legemqꝫ moleste nō ferat oībus equā boetio testante. ij. de consolatione. Mors inuoluit hoīem pariter ⁊ celsum caput: equatqꝫ summis infima. horatius li. carminū. Pallida mors equo pulsat pede pauperū tabernas regumqꝫ turres vite summa breuis spem nos vetat incohoare longā. claudianus in minori loquēdo morti ait. Omnia mors equas tu damnatura nocentes. Tu requiem datura pijs: te iudice sontes. Impia cogent̄ iure cōmissa fateri. vnde hildebertus cenomanensis. Mors dominum seruo mors sceptra ligonibus equat. Dissimiles simili conditione trahens seneca. iij. de naturalibus questionibus. Nihil inquit interest vtrum me lapis vnus elidat aut totus mons premat. Nam hoc habet natura precipuū q꞉ cū ad exituꝫ venimus equales omnes sumus. Quibus attentis mors benigne suffetenda est: animoqꝫ sollicite vnusquisqꝫ ita se disponere habet: vt morte veniente obitu sacro decedat: ⁊ patienter angustias illius suscipiat.

Ca. v. de patientia mortis sub spe glorie future.



Milites grandibus periculis se exponunt etiam sub spe temporalis honoris ⁊ glorie Nunquid igit̄ mors sapienti spūaliterqꝫ militanti exiguū generat fastidium si spes immēse incogitabilisqꝫ glorie habeatur. Nempe veteres phi hui⁹ vite scꝫ future sub confidētia vsqꝫ ad mortem letabundi triumpharūt. vñ vt etiam cōmemorat tul. in lib. de senectute. xenophon in li ð ciro. narrat qualiter cirus maior moriens dixit. Nolite arbitrari o filij mei carissimi me cum a vobis discessero nusq̄ aut nullum fore: nec enim dum eram vobiscum animū meum videbatis. sed eum scꝫ aīum esse in hoc corpe ex eis rebus quas gerebaꝫ intelligebatis Eundē igitur in celis esse creditote: etiam si nullum esse videbatis. Pe-

reat igitur stultissimā eorum assertio qui vitam futurā abnegant: aīamq; putant mortalē. Reuera plato eā immortalē credidit: vt patet in suo phedrone quē trāstulit cicero. in quo valentissimis argumētis aīe immortalitas asserit: ꝓut narrat macrobius super somno scipionis. vnde vt refert tul. in pmo tusculanaꝝ questionum. Cum librū predictum platonis quidam legisset dictus theobrotus ambrochiota aīeq; immortalitatē didicisset e muro se precipitē dedit p desiderio melioris vite. vnde tul. de senectute. Non est inqt lugenda mors quā immortalitas cōsequitur. idem pmo de tuscu. qōni. Nemo vnq̄ sine magna spe immortalitatis se ꝓ patrie offerret ad mortē. et subdit. Sz nescio quomodo inheret mētibus q̄si seculorum quoddā augurium futurorum. Idq; in maximis ingenijs et altissimis animis et existit maxime: et apparet facilime: quo quidē dempto. scz augurio futurorū quis esset tam amēs qui semp in laboribus et periculis viueret: quasi diceret null9. Si igit innumerabiles gētiles olim morti sponte subiacuerunt si pro publica tuenda corpori ꝓprio nō pepcerunt aut fuerunt amētes quod absit aut future glorie iocunditatez expectauerunt. O igitur q̄ infelices q̄ post mortem animam cum corpore euanescere credūt. Contra quos ouidius. v. methamor. Mortez carent anime. statius in thebaidos lib. vij. Ite alacres nostri nunq̄ morientur honores. Si enim oīa sapientū scripta legeremus omnes fere vitā eternam sperasse inueniremus. orator li. ij. O q̄ per inania currit mens ignora boni. Certeq; humanū transcendunt grandia votū. tul. in de senectute. O preclarū illum diem cū ad illō diuinum animorū cōsilium cetumq; ꝓficiscar. Cunq; ex hac turba et colluuione discedaz. tulli. in philip. xiiij. Grauis a natura nobis data est vita: sed memoria datur vite sempiterna: que si nō esset longior q̄ hec vita. Quis tunc esset tam amens q̄ maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriāq; cōtenderet: quasi dicat nullus. ꝓut tangit supra idem tul. licet alio loco. idem tulli. in tuscu. questioni. lib. i. Cum corporis facibus ad omnes fere cupiditates inflammare soleamus eoq; magis incendi q̄ hijs emulemur que ea habeāt que nos habere cupiamus: ꝑfecto beati erimus cū corporibus relictis et cupiditatuz et emulationum erimus expertes. quodq; nunc facimus cū laxati curis sumus: vt spectare aliquid velim9 et videre id multo tum faciemus liberius: totosq; nos in contēplandis rebus prospiciendisq; ponemus. propterea q̄ natura inest mētibus nostris insatiabilis quedam cupiditas veri videndi. scilicet ipm deum qui est sola veritas. quid

amplius: nunquid mercurius terme gistus asclepio discebat post mortez vitam eternā bonis deum daturum ꝛ quintil. li. iiij. Si quis sciat quis est finis boꝝ que ne vera felicitas nunꝗ sibi videbit prematura morte periturus: qꝛ scꝫ illi p mortem se perire nō credunt qui de vita eterna confidunt. quam vitā cōmemorat seneca ad lucilium epl'a. xx. O quādo ille veniet dies qui in honorē tuum mentiatur: ꝛ loquit lucillo. Idem ad lucil. epl'a. lxxi. Miraris homīes ad deos ire ꝛ deus ad hoīem venit imo in homines. Nulla enim bona mens sine deo est. Idem epistola. vi. ad paulū Feram' equo aīo ꝛ vtamur foro qđ fors cōcessit donec inuicta felicitas finem malis imponat. Ecce ꝗtis testimonijs etiā gentiliū vita futura pdicatur ꝛ speratur. vnde psper libro epigrā. Semp erūt qđ erant eterna gaudia vite. Gaudendi qm̄ causa erit ipe deus: nec varios pariet motus diuersa voluntas. Unum erit in cunctis lumē ꝛ vnus amor. Inꝗ bonis summis posita experientia felix: nec valet augeri: nec metuit minui. Ad patriam vite de noctis valle vocati. Uirtutū gradibus scandite lucꝫ iter. Gratior est fructus ꝗ spes productior erit. Exulta agnoscēs te verbi in carne renatū ꝛc. Ex quibus patet ꝗto desiderio vita futura speranda sit: morsꝗ presens ferenda.

Capl'm. vi. de resurrectione mortuorum ꝛ immortalitate anime.



Nihil pdest sepultura ruꝫ vanitas aūt sepulchrorum fastigium. Quid enim post mortem tibi proderit cum mortu' fueris tumuli curiositas. Re uera nil quinimmo testimonium fortassis est illius iactantie quam in seculo dilexisti. O igitur ꝗ detestanda illa hominum curiositas ꝗ cum diē extremū claudere petāt: natura quasi ex toto ruente. exequiarum tamen atꝗ sepulturarū desiderāt pompas nec hijs suffecit inanis cura in qua vixerūt corpalib' appetētes desiderijs satisfacere atꝗ iactantijs: sed etiam absꝗ dilatione cum sint morituri vana quadam superstitiositate famaꝫ inutileꝫ sibi aggregāt: caro que quiescere petit sue resolutionis postulans aditum spiritusꝗ quietam felicitatē repetit. Homo tamē qui ex hijs duobus constat vtriusꝗ postulationi cōtradicit: qꝛ licet etiaꝫ repente se videat recessuruꝫ. ipe tamē laborioso sensu mundanam querit gloriam edere Sed nunꝗ post mortem viri sancti exequijs atꝗ sepulturꝫ gloriati fuerunt. Nequaꝗ put ait aug. li. de cura p mortuis agenta vbi narrat opa quedā sanctoꝝ igni cōcremata. Alia vero in fluminibus piecta ne qualiscunꝗ memoria de ipis in posterum haberet. Hoc aūt diuina pmissione factuꝫ est: vt discant christiani ꝗ tūc

xp̄m maxime fatent: quādo vanitatẽ huius quecunq; munera cōtemnunt nam li.ij. de vita patrum narratur ꝙ vir quidā impius honorifice sepult⁹ erat: iustus aūt a bestijs comedebat. Cuidā igitur admirāti angelus respondit. Ille inquit scʒ impius bonū parum egerat in hoc seculo. tpalem igitur accipit mercedem. ille vero iustus paucum peccauit. tpaleʒ igitur in remedium accipit penā. Rationabiliter igitur cōcludit augu. i. de ciui. ca. xiiij. ꝙ curatio funeris cōditio sepulture pompa exequiarum magis sunt viuorū solacia ꝙ subsidia mortuorum: ꝛ ideo antiqui phi de talib⁹ parum curauerunt. seneca de remedijs fortuitorū sic dicebat. Insepultus iacebis supple diceret aliqs. cui ille respondit. Facilis est iactura sepulchri. Si enim non sentio quid ad me attinet corporis sepultura si vero sentio: omnis tunc sepultura est pena. Hic tamē posset moraliter queri an ꝓsit aiābus corpora sepeliri in locis sanctis seu consecratis. Ad hoc respondit aug. li de cura ꝓ mortuis agenda dicens ꝙ si ꝓ defunctis supplicationes nō fiant recta fide ac pietate: tūc spiritibus nō ꝓdest loci sanctitas: quia tamen loca sancta orationibus dedicata sunt: cōsequenter in locis sanctis sepeliri animabus prodest. vnde narrat ibidem augusti. de quadam muliere que filium suuʒ defunctum in basilica martyris periuit sepeliri sperans precibus sancti martyris filium adiuuari. Hec aūt spes inquit augu. sana fuit quia martyris oratio ob hanc causam filio profuit. Locus tamē in se vt proficeret non habuit. Attendamus igitur: qꝛ nec tumuli prodest altitudo nec sculturarum eminentia: sed sola merita cum suffragijs prosunt. Cur enim si impius es tui memoriā relinquere cupis aut que tibi gloria: si tua impietas per orbem memoretur. Si vero iustus es: nunquid lapis te faciet sanctiorem. Absit quia nec sanctus est: nec quenꝙ sanctificare valet. Tuo igitur sufficiat animo deum fore memorem tui: nec sic mundi gloriā queras: vt propter sepulture fastum sedem glorie perdas. Narrat enim seneca libro de trāquillitate anime ca. xviij. ꝙ cum tyrannus quidam philosopho theodoro minaretur dicens Morieris ꝛ sine sepultura corpus tuum erit. ipse theodorus respondit. An inquit me sic ineptum putas: vt mihi cura sit: an supra terram aut in terra putrescam. Nam vtrimq; mihi eque facile est. Vir igitur in etate senili constitutus mente quiescat: nec in talibus superstitiositatibus sollicitetur: atq; cōsideret ꝙ repente moriturus sit. Nunquid tradit tullius libro pmo de tusculanis questionibus ꝙ diogenes ꝓijci se iussit inhumatū Tunc ꝟo amici dixerunt volucribus ne ꝛ feris. minime ꝟo inqt sʒ baculū

prope me q̄do eas abigas ponitote tum illi qui poteris: nō enim senties tunc diogenes. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nil sentienti. ꝛ ibidem narrat preclaruz anaxagore dictuz qui cum lapsaci moreret̄ querentibus amicis vellet ne clazomenas in patriam si quid accidisset conferri: nihil necesse est inquit. vndiq3 enim ad inferos tantumdem vie est. Nunquid ligurgus rex corpus suuz iussit in mari ꝓijci ne ipsius titulo leges infringerent̄: vt tradit pompei⁹ li.iij. Hij igitur caruerunt sepultura: nō t̄n perijt eoꝝ memoria: q2 merita remanserūt. vnde hieronymus cōtra iouinianum narrat ꝙ populus massagetarum cognatos ꝛ propinquos deuorant. Dicunt enī ꝙ decētius est vt ab amicis potius q̄ꝫ a vernib⁹ consumant̄. ꝛ quāq̄ꝫ ritus insanus esset inducimur t̄n ꝑ hoc sepultruarū spernere pompas,

Ca. viij. de cōsideratione mortis.



Vtilis est mort⁹ consideratio. nam dicit̄ ecclesiasti. xxviij. Memento nouissimorū ꝛ noli obliuisci. ꝛ alibi. Memorare nouissima tua ꝛ ineternum nō peccabis. tul. i. ꝺ tuscu. q̄ōn. narrat socratē dixisse ꝙ tota philosophoruz vita est cōmendatio mortis. alphorabius lib. de diuisione sapie narrat platonem dixisse ꝙ phia est sollicitudo mortis ꝛ p mortem intelligit mortificationē prauorū desideriorū. sene. ad lucillū. xvij. Meditare mortem eam enī meditari libertas est; q2 per eius. s. meditationē vitia que sunt seruilia euitant̄. naz in vita iohānis elemosynarij legit̄ ꝙ olim q̄n imperatores coronabant̄ eis monumēta mortuoruz ostendebant̄ atq3 interrogabantur quale sibi monumentuz fieri vellent: ne sui solij celsitudo eos in superbiā eleuaret. quāobrem greg. li. ix. moraliū. Cum culpa aīm temptat necesse est vt breuitatē vite sue aspiciat: ne innocentē mortē cunctis imminentē iniquitas rapiat. idem morali. xxi. dicit. Imminente tēpestate ꝛ fluctibus tumētibus nulla nauigātibus tpalium reꝝ cura nulla carnis delectatio ad mentē reducit̄: omnesq3 res in despectū veniunt si cesset amor viuendi: si timor precogitetur mortis. Hanc siquidez recogitabat iob dicens. Nudus egressus suz ꝛc. iob pmo. Nec t̄n ex mortis ꝯsideratione dz animus desperare aut irasci sed potius in ꝟtutibus ꝓsperari. seneca. iij. de natu. questio. circa finē sic ait. Cur enim irasceris sustine paulu luz ecce mors veniet que nos pares faciet. ꝛ idem epla. xcv. ad lucillum. Mors omnes equat ꝛ oēs pares morimur. ꝛ eccl'astes. i. Sicut quis egressus est nudus de vtero matris sic reuertet̄. O vtinam mortis me-

moria nobis adesset. tunc enim inde sinenter bene agere sollicitaremur: et in nostre vite diuturnitate minime confidentes: tanquã nunc morituri essemus: sic ad vite future adeptionem properaremus. ideo sapiẽs ecclesiastes. ix. dicebat. Quodcunq3 põt manus tua instanter operare. et ibidez xj. Mane semina semẽ tuum sc3 dum viuis: vt verificet illud prophete. venient cum exultatiõe portãte manipulos suos. vnde apostolus ad galla. vlti. Dum tempus habemus operemus bonum: quoniaz ista vita est mors viuentiũ et vita morientiuz: vt inquit aug. ix. confessio. Ideo iob. xiiij. dicebat. Breues dies hominis sunt et ibidem. vij. Dies mei cõsumpti sũt absq3 vlla spe. vnde augu. de verbis dñi sermone. xvi. Breuis inquit est vita et breuitas semp incerta. et ibidẽ sermone. vij. Quid est diu viuere: nisi diu torqueri. et sermone. iiij. Diu viuere quid est: nisi ad finem currere. Nam vita ista similis ẽ morti: vt ponit etiã sene. ad lucillũ. lxxxiij. Quia quod viuimus proximum est nihilo. Si igitur vita breuis et mors ineuitabilis: cur igitur de sepultura felici nõ cõsideramus. quis est enim qui viuet et nõ videbit mortem: inquit propheta. Omnes eni3 morimur et quasi aqua dilabimur in terram: vt dicit iij. regum. xiiij. Unde in quodam veteri libello narratur hystoria de quodam iuuene qui timore mortis ductus religionem ingressus est: cuius pater dolens eum accessit: et ipo inuito de religione eum retrahere voluit cum tamẽ hoc iuuenis vidisset dixit patri suo q faceret quicquid vellet: dũmodo sue patrie vnam cõstitutionem tolleret. Cumq3 pater interrogasset que esset illa cõstitutio: filius respondit q hec constitutio erat: q iuuenes queadmodum et senes moriebantur. Quo audito pater in religione suũ filium permanere dimisit. vnde mathei. xxv. Uigilate itaq3: quia nescitis diem neq3 horam. et apoca. iij. Si nõ vigilaueris veniam tanq fur et nescies qua hora veniaz. Meditãda igitur est dies mortis: vt per vite merita obitum sanctum mereamur. vnde luce. xiiij. Quis rex iturus cõmittere prelium non prius sedens cogitat. Nam cogitare debemus vt bene moriamur. et mathei. vi. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Nam mundus est sicut illa ciuitas de qua narrat barlaam: q in illa ciuitate talis erat mos: vt principẽ omni anno mutarent et in fine anni dabant pro premio sibi vnũ ouum: ipm q3 spoliabant et exulẽ faciebant. Accidit tamẽ q quidem sapiens ibidez principaretur: qui audita lege sua bona atq3 diuitias in alienam patriam misit. Itaq3 in exilio positus se locupletem inuenit. Sic enim nõ in mũdo sed in celo proficisci debemus. Illi enim in celestibus proficiscunt qui

nō de presenti vita: sꝫ de requie post mortem meditantur: quoniam sicut dicit seneca li. ij. de natura rerum ca. vlti. Undiqꝫ tela in nos iaciuntur ⁊ omnes reseruamur ad mortem.

Ca. viij. de prouidentia futuroꝝ.



Sic viuere congruit vt de futuris diebus cogitemus: vitamqꝫ presentez sic transire fas est: vt de futura precogitemus. Sed amatores huius seculi solum ꝓ nunc viuere curāt nec d futura vita ꝓuident. Ideo fame ⁊ siti in gehenna inferni cruciant: quoniam sicut dicit iob. xxvij. Diues cum dormierit nihil secū affert aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet. sup quo gregorius moralium. xviij. dat exēpla de diuite epulone qui sepultus ē in infernum: vt dicit luce. xvij. ⁊ de stulto ꝓponente dilatare horrea sua cui dictum est. Stulte hac nocte repetent dyaboli a te aīam tuā: q: scꝫ illa nocte moriturus es: vt dicitur luce. xij. Quid igitur nobis ꝓdest supbia. sapientie. v. quasi diceret ꝙ nihil Nam subito moriemur ⁊ media nocte: vt dicitur iob. xxxiiij. Super quo grego. moralium. xxv. Subitum est inquit quod ante non cogitatur. qui ergo dum viuunt: de morte seu futura vita nō cogitant subito moriūtur qm̄ mors peccatorum pessima: iuxta ꝓphetam. O igitur mors ꝙ amarā est memoria tua homini iniusto. ecclesiastici. xli. Et licet amara sit eius tamē memoria vtilis est: vt peccator cōuertatur. vnde venerabilis beda libro de gestis anglorꝫ narrat qualiter deus multis ostendit penas infernales ⁊ gloriam celi vt cōuerterent. Aliquādo tñ correctionem ⁊ alij desperationem exinde susceperūt. vnde narrat de quodam fabro qui vidit infernuꝫ sathanan ⁊ demones infernales: ⁊ exinde desperatus sine penitentia defunctus est. Absit tamē vt illā futuram iehennā sic formidemus vt etiam futurā gloriam desperemus. Exemplo beati stephani qui mortuus est intendens in celum viditqꝫ celos apertos ⁊ gloriā dei: vt patet actuum. vij. Nam qui sic moriunt licꝫ ſm carnem moriant: nihilominus vitam amabiliorez sibi acquirunt. qm̄ mors carnis nō est: nisi vmbra mortꝫ vt ait grego. moraliuꝫ. x. Sed mors illa terribilis est qua morit anima ꝑ peccatum. Nam tunc morit corpꝰ quando anima ipm̄ deserit: sed tunc moritur anima quādo a deo deserta est: vt inquit augustinus. xiij. de ciui. dei. ca. i. Quāto igitur melior est deus anima: tanto mors anime magis formidanda est ꝙ mors corporis. nā ⁊ susanna mortem anime potius ꝙ corporis timuit. vnde danielis. xiij. ipa dicebat. Melius est inquit me absqꝫ ope incidere in manus vestras

ꝙ peccare in conspectu dei. Insuper augustinus. xiij. de ciui. Duplicē mortem designat. scʒ illaʒ primā que est corporis: ⁊ secūdam que est anime. dicens prima mors animam volentem pellit. secunda animā volentem in corpore tenet: sed tempus veniet ꝙ anima viuere nō poterit deum nō habendo: nec doloribus corporis carere moriendo: q2 in inferno mors est sine vita: mors etiam sine morte: q2 est sine fine. De tali morte dicit apocalip. xxi. ꝙ dyabolus missus fuit in stagnum ignis ⁊ sulphuris: vbi a bestijs ⁊ pseudo prophete cruciabātur die ac nocte in secula: nec tn̄ sole pene erunt in flagellum demoniorum: quinimo pena maxima erit a visione dei beatifica priuari. vnde chrisostomus sup matheū omelia. xxi. Multi iehennam adhorrent. ego autem casum illius glorie multo amariorem puto: quoniā melius est sustinere decem milia fulmina ꝙ faciem illā mā-suetam videre a nobis aduersam: atqʒ dicentem illud mathei. xv. Ite maledicti in ignem eternum. Sic igitur viuamus vt postmodū mortem huiusmodi nō incurramus: sed potius illam supernorum vitam conquestemus: quam desiderans paulus apostolus ad philippēses p̄imo dicebat. Cupio dissolui ⁊ esse cum xp̄o. Uir enim iustus sperat in morte sua. prouerbio. xiiij. Et ideo quidam prophe ta numeri. xxiij. dicebat. Moriatur anima mea morte iustorū: tunc em̄ liberabitur de exilio ⁊ intrabit hereditatem: iuxta psal. dicentem. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini. ⁊ iob. xi. Cum te consumptum putaueris orieris vt lucifer. Nam teste seneca epistola cē tesima. Mors viri virtuosi est dies natalis eius.

¶ Finit liber septimus.

¶ Incipit octauus qui est de statu ecclesiasticorum. Cuius p̄mum capitulum est qualiter viri ecclesiastici debent habere curam de subditis in moribus ⁊ scientia.



Viri ecclesiastici tanꝙ ecclesie vigiles atqʒ custodes ꝓ eius munitione certare debent. vnde isai. lxi. Sup muros tuos posui custodes tota die et nocte perpetuo non tacebunt. vnde bernardus sup cantica omelia. xlviij. Uiris ecclesiasticis suadet vt sint vigiles pro dormientibus ⁊ pro animabus pro quibus rationem sunt reddituri. Boni inquit custodes vigilant: atqʒ insidias explorant ꝯsilia

malignantium anticipant: laqueos
deprehendunt: et tendiculas emula-
torum dissipant. Hij sunt fratrum a-
matores et populi xpiani qui multuz
orant ꝓ populo etc. Itaqꝫ de ipsis ve
rificari poterit illud. i. ad corinth. iij.
Dei agricultura estis: dei edificatio
estis: et sequit̃ vt sapiẽs architectus
fundamentũ posui. Nũc tamẽ quod
lamentandũ est cuz beato bernardo
ibidem omelia. lxxv. dicere possum⁹
quoniã pauci sunt qui nõ querant q̃
sua sunt: ex omnibus caris sui scilicet
ecclesie. Diligunt enim munera nec
possunt pariter diligere christuz qui
manus dederunt mammone. Unde
enim estimas talibus rerum affluen
tiam superare: vtputa vestium splen
dorem mensaꝝ plenitudinem vasoꝝ
argenteorum et aureorũ congeriem
nisi de bonis sponse. et inde est q̃ ec-
clesia inops et nuda relinquit̃ nec stu
dent ornare sponsam sed spoliare nõ
custodire sed perdere nõ instituere sꝫ
ꝓstituere: nõ querunt pascere gregẽ
sed mactare et deuorare. dicente do-
mino p ꝓphetam. Qui deuorãt ple
bem meam sicut escam panis. Ideo
hierony. epl'a. xciiij. Obsecro te iterũ
atqꝫ iterum ne officiũ clericatus ge-
nus antique militie inuanũ assumas
et ne lucra seculi in christi militia que
ras ne plus habeas q̃ quando cleri
cus esse cepisti. et sequitur. Procura
tores atqꝫ dispensatores domorum
alienarum: quomodo possunt eẽ cle-
rici qui proprias iubentur ꝯtemnere
facultates. Nunquid enim ecclesiaz
fraudare sacrilegiũ est. aut accepisse
qđ paupib⁹ et esurientib⁹ erogandũ ẽ.
Etenĩz optim⁹ dispẽsator est q̃ nihil
sibi reseruat. vñ in decreto dis. xvi. q̃
cleric⁹ debꝫ esse imunis a cupiditate
Lamentandũ tamen est q̃ viri eccl'a
stici suis cupiditatibus populũ inno
centem affligunt infestant et corrum
punt. et licet clericos se dicant. inua-
nis tamen occupationibus laicis p̃-
feruntur. Quãobrem diuine senten-
tie iaculum timendũ est ne cum pec-
catoribus intereãt. Nihilominus ta
men aduertãdũ est quomodo apud
gentiles sacerdotes ministriqꝫ tem-
plorum viuebant atqꝫ ppl'm morali-
bus exhortatiõibus instruebant. vñ
plato in thimeo. lib. i. ait q̃ qui apud
athenienses sacerdotijs prediti erãt
a ppl'o separatim cõuiuebant ne ali-
qua ꝓphana cõtagione eorum casti
tas seu vita pollueret̃. vnde sene. in
declamationibus recitat quõ apud
gẽtiles null⁹ obtinere poterat sacer-
dotiũ si homicidum vel fornicationẽ
cõmisisset. Sed nunquid ille est ho-
micida qui malo exemplo innocentẽ
seducit. Nunquid ille pollutus est q̃
carnales libidines sequit̃: atqꝫ dele
ctationes sectãtur. Aut igitur apud
gentiles sacerdotes digniores erãt:
aut tempore moderno sacerdotium
pauci merẽtur. Attendamus igitur
hieronimum cõtra iouinianum dicẽ-

tem. Stoicus inquit vir eloquentissimus de vita antiquorum sacerdotum loquēs ait ꝙ omnibus postpositis negocijs semp in templo fuerūt ⁊ rerum naturas atqꝫ causas syderumqꝫ motus studiosissime contemplabant̄: ⁊ nunꝙ̄ se mulierib⁹ miscuerunt. nunꝙ̄ cognatos ꝓpinquos vł liberos viderūt ab eo tempore quo diuino cultui seruire ceperunt: ac carnibus ⁊ vino semper abstinuerunt ꝓpter tenuitatem sensus ⁊ vertiginez capitis ⁊ libidinis refrenationez. pane raro vescebant̄ ne onerarent stomachum: cubile de folijs palmarum habebant: ⁊ ocio nunꝙ̄ torpebant. ⁊ subdit idem hierony. quomodo euripides refert ꝙ ꝓphete iouis in creta regione nō solum a carnibus: sꝫ etiā a coctis cibis quibuscunqꝫ abstinebant. Insuper ibidez hieronimus refert verba iosephi li. ij. ca. xviij. dicentis ꝙ saducei ⁊ pharisei atqꝫ esei ab vxoribus ⁊ vino semper abstinebant ⁊ quotidianū ieiunium in naturā vertebant. Et nominātur ibidem quidā alij veteres eorūdem imitatores: scꝫ cautes ⁊ asclepides. Item pigmalion narrat ꝙ in oriente esus carniuz nō habebatur. ⁊ ambob⁹ narrat quomodo apud persas viri doctissimi farina ⁊ oleribus tantūmodo vtebantur. His ergo exemplis dictis apparet: vt sacerdotes christiani potius ꝙ̄ gentiles virtutibus floreant quoniam duplici honore digni sunt q̄ bene presunt presbyteri: vt dicitur prime ad thimo. v. Nempe hierony. epistola. xcviij. recitat ꝙ sacerdotes olīz castissimi erant virginesqꝫ veste ⁊ apolini seruientes in perpetua sacerdotij virginitate viuebant. Absit igitur vt viros ecclesiasticos libido seducat: ⁊ innocens vuluus sacerdotū exemplo inquinetur.

Capłm scðm de exemplaritate prelatorum.



Viri ecclesiastici ⁊ potissime prelati si malā vitam duxerint: subditorum mores corrūpunt. Debent igit̄ vite sanctitati orationi quoqꝫ ⁊ bonis operibus iugiter intendere: quia teste bernardo. Viri ecclesiastici pascere debent populum dei orationū fructibus: ⁊ ꝓ populo dei debent intercedere: ipm quoqꝫ populo deo debent reconsiliari exemplo moysi: de quo exod. xxxi. Qui deo dicebat aut dele me de libro tuo: aut dimitte eis hanc noxaz. Nunc tamē prelati vxorem ancille postponunt ⁊ ancillā preponunt: quia suis derelictis ecclesijs absqꝫ magna necessitate secłaribus occupationib⁹ preintendūt: ⁊ in suis ecclesijs si fuerint de ipsius ꝓtectione non sollicitantur: sed qualiter sua crimina liberius exercere possint iugiter meditantur. Deberet autez episcopus sui nominis attendere inter-

pretationem. Scops enim interpretatur intentio, et ideo episcopus dicitur quasi superintendens. Necesse est autem eum qui preficitur superintendere: vt inquit augu. xix. de ci. dei. ca. xix. Episcopus ergo nomen habet potius oneris quam honoris. vnde bernardus ad eugenium li. ij. Nomen inquit epi non sonat dominium sed seruitium. ideo prelatis actuum. ij. dicitur. Attendite vobis et vniuerso gregi: in quo posuit vos deus epos regere ecclesiam dei Idem bernardus ad pontificem senonensem inquit. Secundum ethimologiam nominis ille pontifex dicitur qui seipsum facit pontem inter deum et proximum Iste enim pontis pertingit vsque ad deum quando non propriam sed dei gloriam querit et vsque ad proximum venit quando per pietatem non sibi sed proximo desiderat prodesse. Bonus inquit pontifex seu mediator deo offert preces populorum benedictionem et gloriam deo imputat: et pro excessibus delinquentium maiestatem eius inuocat atque peccatores pro diuina iniuria punit: nec de suis operibus lucrum: sed dei gloriam expectat. Insuper hieronymus. epla. c. loquens ad epum nomine generali. Domus tue conuersatio constituta est in gratia publice discipline. quicquid feceris omnes faciendum esse putant. Caue igitur ne malum committas: quoniam qui reprehendere volunt repudiantur: si delinquentes fore videantur. et subdit. Subuenire pauperibus: visitare languentes gaudere cum gaudentibus: dz scz prelatus etiam sit cecorum baculus: studentium cibus: spes miserorum: solatium lugentium. Ex his igitur patet qualiter prelatus etiam ab interpretatione nominis de sua sponsa ecclesia curam habere debet. Sed nunc illud apoca. iij. verificatur. Nomen habes quod viuas et mortuus es: quia scilicet nomen sanctitatis habent prelati: et mortem opera in se et in suos subditos exercent. Et licet omnia vitia in prelato turpia sint. illa tamen magis sunt cauenda in quibus ancilla scz caro dominatur: videlicet gula et luxuria: quia inter vitia magis infamia sunt: et per talia prelati ecclesie maiestatem magis offendunt. ideo apostolus dicebat quod non oportet episcopum esse vinolentum. id est vino plenum. Super quo verbo hierony. epistola. xliij. Vinolenta inquit comessatorumque excessus in prelatis non sint: quoniam venter mero estuans de facili dispumat in libidinem. nam in vino est luxuria. qui autem luxuriatur mortuus est viuens. qui autem inebriatur mortuus et sepultus est. Nunquid noe ad vnius hore ebrietatem femora nudauit qui per sexcentos annos sobrietatem preterat. gen. x. Nunquid loth nesciens quid faceret libidini se miscuit: et incestum commisit quem sodoma non vicerat vina subegerunt: vt dicitur gen. xviij. Quapropter sacerdotibus le-

galibus bibere vinum ꝓhibitū erat vt patet leuitici.x. Ad designandum ꝙ p̄lati ꝛ sacerdotes noue legis so⸗brij esse debēt. vnde luce.xxij. Ne grauentur corpora vestra crapula ꝛ ebrietate. vnde gregorius moraliū p̄mo Cum inquit maiores voluptati deseruiunt nō mirum si in minoribus lasciuie frena laxantur. Dum īquit vos scȝ prelatos letos aspiciūt scȝ subditi: ipsi tunc ad illicita resoluunt̄. vnd̄ li.ij. de vitis patrum parte.x. legitur ꝙ abbas quidam dictus vatita post ꝙ̄ fuit factus ep̄s vitam asperiorem quā prius ducere cepit: ꝛ cur hoc faceret cum interrogaret̄: respondit. Dum inquit essem in heremo corpusculum meū gubernare volebaȝ ne infirmaretur: nunc aūt qꝛ in seculo sum positus: assunt excessiuūȝ occasiones plurime. ideo est maxime abstinēdū Nam ꝛ si infirmari cepero aderunt succurrentes. Simile etiam legitur eodem li. parte.i. de abbate opi qui ep̄s factus vitam quā in heremo prius duxerat nō pretermisit: deo tamē reuelāte vite sue asperitates quodā modo mitigauit. Hec igitur oīa designant qualiter p̄lati ancillam scȝ opera carnalia seu quecunqȝ secularia suis ecclesijs postponere debent vt bonis exemplis sibi subditum populum dirigant. iuxta illud numeri xviij. Excubate in custodia sanctuarij ꝛ in ministerio altarꝫ ne oriat̄ indignatio supra filios israel.

Ca.iij. de electione prelatorum.



Relatus vices dei gerit. quāobrem vocatione dei sublimari debet. vnde ap̄ls ad hebreos.v. Nemo sibi sumat honorē: nisi qui vocat̄ a deo tā ꝙ̄ aaron. Quid tamē dicemus qꝛ apostolus.i. ad thimo.v. dicit ꝙ si q̄s episcopatū desiderat bonū opus desiderat. Attendamus enim qualiter ap̄lus ep̄atum bonum opus vocat quasi dicat ꝙ qui vult episcopari debet bene op̄ari. Sed plurimi volunt ep̄i vocari: qui tamē nō curant veridice episcopari. Naȝ sicut dicit aug. li.v. de ciui. dei ca.xix. Ille nō est bonus p̄latus nec ep̄s qui nō proficere sed p̄ferri querit. Insuper hiero. ep̄la xliij. Episcopatū desiderat qui nō dignitatem sed laborem querit: nō delitias: sed opus sic ꝙ humilitas non decrescat: nec per fastigium dignitatis ip̄e intumescat. vnde eccl̄asti.vij. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtutibus irrumpere iniquitates vnde greg. xxi. moraliū. Sancti inq̄t viri cū p̄sunt nō in se p̄tātem ordinis sed equalitatē cōditionis attendunt: nec preesse gaudent hoībus sed prodesse. sciunt enim ꝙ antiq̄ui patres nō solū reges hoīum: sed etiā pastores pecorū fuisse cōmemorant̄. Cur enī de tua dignitate audes supbire. nunquid non in vtero te fecit qui ꝛ illum

operatus est.iob.xxxi. Omnes enim nature vnius sumus. Nam grego. vbi supra ↄcludit. Manu inquit bu milime ↄsiderationis deprimendus est tumor elationis.vñ iob.xiij. Ele uasti me τ quasi supra ventū ponēs elisisse me valide:scio tamē qꝛ morti trades me. O ꝙ bumilis considera tio in prelato si fuerit.ideo propbeta dicebat. Neqꝫ ambulaui in magnis neqꝫ in mirabilibus sup me. Nam te ste greg.moraliū.xx. Mundana fe licitas tanꝙ aura subleuat:vt repen tine deterius τ infimus sternat.τ idē grego.moraliuꝫ.xvij. Quāto inquit altius quis erigitur:tanto curis gra uioribus oneratur:illisqꝫ ppl'is men te τ cogitatione supponit quibus di gnitate supraponitur. Homo inquit in sublime eleuatus tantos super se sustinet quātos suppositos regit.et ibidem cōcludit. Ipsa inquit occupa tio secularium dignitatum:tanto fe licioribus vitijs premitur quāto ma ioribus curis grauatur. Quapropter anselmus li.de similitudinibus capi. xxv. Prelatos ambitiosos cōparat pueris venātibus papiliones qui dū sequuntur illos in foueā cadunt. Ex quibus concludit ꝙ quilibet prela tus in nomine.scꝫ τ in fama virtutū crescere debet. Quapropter conclu dit bugo ꝙ canones rationabiliter diffiniunt nullū esse in episcopum eli genduꝫ:nisi prius in sacris ordinibus fuerit religiose cōuersatus. Plures tamen insipientes sunt viri qui vita maculati ad presidium sublimantur τ quod detestandū nimis est ad pre sidentiam tanꝙ ad patrimoniū cur ritur veterumqꝫ exempla negligunt Animaduertamus enim quomodo ambrosius in episcopū electus om nino recusauit. Nunquid mulieres publicas in suaꝫ domum ingredi fe cit:vt illis visis electio reuocaretur. Nunquid fugā accepit: sed ꝓditus a leuntio reuerti coactus est:vt in ipi us vita legitur. Nunquid grego. fu git electus:sed columna fulgida sup ipm descendente cognitus est. Nun quid beatus marcus pollicē sibi ab scidit:vt indignus sacerdotio babere tur:vt dicit li.ij. qui dicitur paradi sus. Nunquid beatus ammonius cū fuisset electus in episcopū τ ad bene dictionem duceretur:euadereqꝫ non posset aurem suā sinistram ferro re secauit dicens. Nunc inquit proba tur nō posse quod cupitis compleri qꝛ nullus aure precisa debet ordina ri.cui dorotbeus eps respōdit. Lex i quit ista iudeoꝝ est.sed ego inquit vi rum aurib⁹ truncatū moribus ꝓbuꝫ nō dubito facere epm. Cū ergo vim inferrēt beatus ammonius respōdit Si me inqt vltra cogeritis etiaꝫ lin guā meā ꝓpt quā mibi molesti estis abscindā:τ tūc ipm dimiserūt. insup li.iij.bystorie triptite d̄ quodā mona cbo legit ꝙ elect⁹ i epm recusabat[?] sꝫ tbeopbil⁹ sibi suadebat.videns igit

monachus q̄ euadere nō posset: ad se venientibus respondit. Cras inquit determinabitur quid sit faciendum. vn̄ in crastinum fusa oratione migrauit Si igitur viri sancti plationē recusarunt. Cur igitur peccatores etiā publici plationem questitant. Nam teste grego. in suo pastorali. ca. ix. Virtutibus etiam pollens ad regimē coactus accedere debet. τ idem greg. in quadam ep̄la ad senonēsem archiepm. Multi inquit nō tanta fiducia τ alacritate currerent ad honores; si sentirent onera grauia si metuerent periculū dignitatis; sed ambitio insatiabilis est; τ de gradu in gradū scādere petit. Ve tn̄ qui cōiungitis domum ad domū. Absit igitur vt fiant p̄lati nisi q̄ meliores sunt; vt debitos suscipiant a subditis honores.

Ca. iiij. quomodo nō debet eligi fauorabiliter prelatus.



Relatus curam gerit aiarum aut gerere debet. Quāobrez ipsius electio nō fauore; sed sola charitate fieri debet sic vt eligatur nō qui dilectior sz qui melior aut cōmodior videtur. Nā hec est voluntas dei vt ille p̄sideat q̄ melior publiceq̄z vtilitati cōmodior est. vnde hieronymus epistola. xliij. Electio inquit facienda est nō ob aliquam cōmoditatem tēporalem eligentium vel emolumenti spem nec ob humanā intercessionem vl' suasionem vl' cōminationem nec ob inordinatam affectionē ad psonam eligibilem siue carnalem affectionē. sed sunt eligēdi ob diuini honoris cumulationem ob ecclesie dei vtilitatem ob pfectus siue vtilitatis animaruz spem; τ ob morum ipsius eligendi atq̄z virtutū pfectionem. Hoc etiaz satis notatur in decreto. xxv. τ. vi. di. Quāobrem grego. moralium. xxiiij. Curam inquit aiarum suscipere non psumant; nisi qui bella temptationū subegerint. vnde dn̄s ad moysem leui. vi. ait. Congrega omnē cetum ad ostium tabernaculi in electionē aaro τ filiorū eius; vt sciant omnes q̄ qui prestantior est ex omni populo q̄ doctior sanctior τ virtutibus eminentior; ille eligatur ad sacerdotium. sup quo ait origenes. Illi inquit qui eligunt alijs modis q̄ predictis timeāt dei iudicium atq̄z sibi imputēt damnum siue pditionem aiarum τ ruinā ecclesie dei que destruitur p institutionem mali plati. vnde grego. in dialogo li. iiij. ca. xxxix. narrat de pascasio qualiter erat in loco penarum. τ cuz interrogaretur cur hoc esset respōdit q̄ nulla alia causa erat; nisi qz cōsenserat in partem laurentij cōtra simmachum ipm eligendo in prelatum Quapropter grego. in registro lib. primo ait. Necesse est vt omnes culpas τ negligentias sibi imputet q̄

ministerium virtutis infirmo cōmisit. Sicut igit̄ p̄latus eligendus est: vt bene agat: sic pariter electionem acceptare nō debet: nisi vt in deo ꝓficiat ꝛ hoc cum humilitate ꝛ tremore. vnde augu. li. de ciui. dei. ca. xix. Nō est inquit in acceptatione amandus honor in hac vita: sed opus quod ꝑ eundem honorem fit vl̄ potentiam. ideo apl̄us dicebat Qui episcopatū desiderat bonum opus desiderat: qꝛ ep̄atus nomē est opis ꝛ nō honoris: vt supra dictum est. quapropter grego. in suo registro li. vij. ait ꝙ sicut locus regiminis desiderātibus est negandus: sic fugientibus est dandus ne quis sumat sibi honorem. ꝛ ibidē li. ix. Qui ambit aut se ingerit ꝓculdubio repellēdus est: ideo ꝙ nititur ad altiora ascendere. Congruit igit̄ vt in crescendo decrescat: ꝛ in ascendendo descēdat. Qui igitur eligitur dicat ꝙ doceat ꝛ informet quod teneat. nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradib⁹ per abrupta querit ascensum. hec ille ideo isaie. vi. dicitur. Ecce ego mitto me: quasi dicat ꝙ nullus debet ex se p̄sumere. ideo greg. in suo pastorali lib. ij. ca. vij. Nullus inquit se extollat ex electione: sed magis se humiliet. ꝛ bernardus in epistola ad episcopū senonensē. Nolli inquit altum sapere: quia altum sapere difficile est: et omnino insuetatum: ꝛ quāto inusitatius tanto periculosius. Non ergo felicē se putet qui alijs preest. vnde augustinus epistola. lxvi. Pete inquit vt cogites nihil esse hominibus in hac vita: ꝛ hoc tempore felicius letius ꝛ acceptabilius episcopi aut p̄sbyteri aut diaconi officio. si tamen nō presumptuose aut adulatorie res agitur: sed nihil apud deū miserius tristius ꝛ dānabilius si male fiant.

Ca. v. de moribus sacerdotum ꝛ aliorum ecclesiasticorum.



Sacerdotes dicti sunt quasi sacra dantes. iō sacram debent ducere vitā. iuxta illud isay. li. Mundamini q̄ fertis vasa domini: qꝛ tamen presbyteri a sanctitate eis debita recedunt: iō iugo indebito deprimunt̄. nam leui. xxi. dicitur ꝙ sacerdotes sancti ꝛ immaculati eē debēt: ꝛ qui habeat maculam nō debeat offerre panes: vt si cecus vl̄ claudus esset. Super quo grego. in suo pastorali li. ij. ca. xi. Cecus est inquit qui diuine contemplationis lumē ignorat. Claudus autē est qui viam vite nō valet tenere. iō apostolus ad roma. xiij. Monet abijcere opera tenebrarū ꝛ induere arma lucis. Illi enim sacerdotes arma lucis induunt qui in virtutibus ꝓficiunt. nam teste hieronymo epistola. xxxij. Clericus dicitur a cleros

grece quod quod est sors latine: et propterea vocantur clerici: quia de sorte domini sunt aut quia dominus est sors eorum scilicet possessio. Clericus igitur talē se debet exhibere vt possideat dn̄m et ipse possideatur a dn̄o. hec ille. vnde hugo li. ij. parte. iij. ca. iiij. Signaculum inquit clericorum est corona qua signatur clericus deputatus ad officium dei seu ministeriū cui seruire regnare est. Nam corona regale decus est quod nō immerito datur. iuxta illud prime petri. ij. regale sacerdotium etc. Et ibidem subdit hugo quod capitis coma clerico in modum corone tondetur et summitas capitis desuper denudatur: vt per hoc detur intelligi quod ad regiam potestatē assumitur: et vt reuelata facie gloriam dn̄i dei cōtempletur. hec ille. Quapropter clerici comam nutrire prohibentur: vt patet decreto di. xxiij. Clerici comati. A sollicitudinibus igitur temporalibus eximuntur ne vanitatibus mentes eorū impediantur. vnde hieronymus epistola. xxxiiij. Negociatorem inquit clericum tanquam pestem fuge: quia nemo militans deo implicat se negocijs secularibus. et ideo de ipsomet hierony. refert policratus li. viij. ca. xiij. qualiter a mensa sua tres clericos exclusit quia incompositi erant. Dicebāt enim viro honesto et graui nō licere in eius cōsortio aliquem incōpositum habere. Inhonestum igitur est aliquem se clericum profiteri et vanis occupationibus detineri: ne de clericis verificetur illud trenorum. iiij. qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Nunquid olim sacerdotes nazareorum ob vite cōtinentiam caput radebāt et capillos in igne sacrificij ponebant: vt dicitur nume. vi. Illi enim moraliter capillos radunt qui tēporalia mēte deserunt et tunc sacrificāt quando deo famulari disponūt. hec enim omnia corona clericalis designat. Nunc tamē clerici suam vocationem pretermittunt. et ideo in subiectiones plurimas incidunt: sed apud egyptios sacerdotes omnia reliquerunt. et ideo exemi sicut dictum est apud pharaonē meruerunt. vn̄ hiero. ad eustochium epla. lxxxiiij. narrat quod in egypto tria fuerūt genera monachorum. s. cenobitarū qui in cōmuni viuebāt anachoritarum qui soli in desertis habitabant. et aliorū quorum genus dicebatur in lingua egytia enuch: qui bini vel trini habitabant simul. Et de primis scilicet cenobitis loquēs hieronymus dicit quod nullus in cibo erat strepitus: sed pane et leguminibus pascebantur solique senes vino vtebātur. Aliaque plurima laudabilia narrat philo. prout allegat hieronymus De alijs vero scilicet anachoritis narrat iosephus quod acerbissimam vitam duxerunt. Clericorum igitur et signāter religiosorum vacatio est ad diuinum cultum: et non ad mundanum occupamentum. vnde anselmus li. ij.

de similitudinibus narrat in somnis se vidisse angelū dei describentē sibi quis esset verus monachus, et cōcludit ibidem q verus monachus est q locum sue habitationis ppetuum eligit: in quo perpetuo habitare disponit. Sed nunquid lamentādum est q viri ecclastici atq religiosi mundo se renunciasse dicunt: et tn̄ curis tēporalium maxime intendūt nō attendentes verba beati bernardini quodam sermone dicentis: q natus filius dei elegit pauperem domū et tenuit paupertatis formā. Aut igit mundus vl deus fallitur et errat: sed diuinam impossibile est falli sapientiam Melior est igitur status ille quē elegit. et idem bernar. in sermone de vigilia natalis dn̄i. Quid inquit paupertate ditius: quid pciosius qua regnū celorum emitur et gratia acquiritur. vnde hiero. epla. cxvi. Apostoli inqt gloriantur q oia dimiserunt et secuti sunt saluatorē. Nunc aūt viri ecclastici xp̄i sequunt vt munus accipiāt aut vt liberius sua desideria impia adimpleant. verūtamen math. v. dicitur. Beati paupes spū qm̄ ipsorum est regnum celorū. et mathei. xix. dicitur. Si vis pfectus esse vade et vende oia que habes et da pauperibus et sequere me. Mundo igit spreto debet vir religiosus tanq agricola suā aīam excolere. scz vitia extirpare: et virtutes inserere. vnde apuleius li. de deo socratis dicit q sicut volens acute videre purgat oculum: sic desiderans in virtutibus proficere debet colere animum. Quapropter augu. de verbis dn̄i sermone. xij. Quid inquit pdest plena bonis archa inanis cōscientia: bona vis habere et bonus esse nō vis. Erubescere igit debes de bonis tuis si domus tua plena est bonis et te malū habet. et ibidē cōcludit. Bona exteriora si possent contra peccatorē ad dn̄m clamarent iuxta illud abacbuc. ij. Lapis de pariete clamabit. Quid enim prodest stulto habere diuitias cū sapientiā emere nō possit. ecclastici. v. Nō igitur diuitias sed sapientiam et virtutes acquiramus: vt eximi promereamur: et improperijs hominum nō exponamur. iuxta pphetam dicentem Nolite tangere xp̄os meos. Et in pphetis meis nolite malignari.

Ca. vi. de continētia virorum ecclesiasticorum.



Viri ecclastici ad hō deputati sunt: vt in castitate deo famulentur. Quale enim erit obsequiū tuū: si mens tua polluta fuerit: aut qūo sacrificiū offeres deo si tua vita maculata extiterit: sit ergo vita tua cōtinens et immaculata vt deo p te et pro alijs placere possis. Sed vnde est q eccla tātis luxurijs inquinat. Quis concubi-

nagia ita seminauit. Reuera estimo ꝙ cõsortia cõuiuia colloquia cũ mulieribus solita viros ecclesiasticos a cõtemplatione retardãtes volupta te ⁊ lasciuia corruptissima inficiunt. Attendamus eniȝ quid dicat hiero. Gladius inquit igneus species mulieris. nam qui tangit piscem coinquinabit ab ea. vnde aug. dicit ꝙ asper sermo atq̃ rigidus atq̃ breuis semper cuȝ mulieribus est habendus: q2 mulier si audiat amicabilia: tunc surgit vt hostis demollitur hoiem deprędatur mentem: inclinat animũ: atq̃ mentis statũ effeminat: corpus eneruat: bursam euacuat: rõnem cõmaculat: ꝓximum scandaliȝat ⁊ deum negligit. vnde bernar. li. i. de contemptu mundi sic inquit. Colloquiũ mulierum nõ nisi virus amaꝝ. Prebẽs sub mellis dulcedine pocula fellis. Nam decor illarum laqueus fallax animarũ. Illaqueãt stultos ducunt ad tartara multos. vnde chrisostomus in sermone đ chananea dicit ꝙ mulier est caput peccati: arma dyaboli: expulsio paradisi: corruptio legis a qua si cauere cupis fuge illam q2 vt serpens inficit ⁊ venenat. vnde in vitis patruȝ li. ij. parte. iiij. legitur qualiter sancta mulier monacho cuidam moniales intuenti dicebat. Si inquit monachus pfectus esses nos ita nõ respexisses. Item ibidem parte. ij. de arcenio abbate legitur ꝙ cũ mulier sibi postularet vt in oratione haberet memoriam eius. ipse respondit. Rogo inquit deum vt ipe auferat memoriam tuam de corde meo. Item ibidẽ parte. iiij. legitur de muliere sancta in monasterio egrotante que nõ pmisit vt frater suus eã visitaret: ne ipius occasione inter feminas staret. vnde dixit ei. Uade frater ora ꝓ me: q2 xp̃o annuante videbo te in regno celorum. Aug. li. de cura pro mortuis agenda narrat de iohanne nobili monacho qui habuit spiritum ꝓphetie: qui cũ videret mulieres q̃sdam infectas eẽ vt ipm viderent tũc dixit. Eamus vbi nõ est mulier. Ex his ergo patet qualiter fugienda est libidinis occasio. ideo apostolus ad roma. viij. dicebat. Non estis in carne sed in spiritu.

Ca. vij. de moribus prelatorum.



Relati vices christi gerunt. Dedecus ergo magnum est si ꝯtradicant dño a quo cõstituti sunt: non vt in terrenis imitat: sed vt bonis moribus ppl'm dei ꝯstruant. vnde hugo li. i. parte. viij. ca. xviij. dicit ꝙ epi vtunt sandalijs que sunt calciamẽta platoruȝ ne terrenis polluant baculo vtuntur vt rebelles corrigant qui recuruus ẽ vt mites retrahãt ꝯsolabiliter ornãtur anulo: vt eccl'am sanctã sponsaȝ ꝓfiteant. ⁊ ibidem ꝯcludit hugo ꝙ

vestimenta sacerdotum et prelatorū virtutes eis debitas designant. tunica mundiciā: zona continentiā stola patientiā casula charitatem et hmōi. Sed ꝓch dolor multi nunc nec virtutes habent: nec de subditis sollicitantur. iuxta illud zacharie. xi. O pastor et ydolum derelinquas gregem vnde in tractatu de. xij. abusionibus plātus negligens numeratur. O quāta abusio: q2 se dicunt rectores: nec tñ regunt: sed de tpalibus tm̄ curaʒ accipiunt cōtra exhortationem bernardi li. iiij. ad eugeniū dicētis. Memento inquit saluatoreʒ iudam economuʒ habuisse. Quid epō turpius ꝙ incūbere supellectili et substantiole sue: oīa sciscitari de singulis mordeꝛi de suspitionibus moueri ad queꝗ ꝙ deperdita. Attendat enim plātus qualiter ꝓhutiphar oībus tradit ioseph: quid haberet in domo sua nesciuit: vt dicit gen. xxxix. Alius igit temporalia dispenset et tu de disciplina ꝓuide: illud nemini tradas sed super moribus manū vlciscenteʒ adhibe. Ut q̄d enim diuino cultui viri deputantur si pre ceteris deo nō famulantur. Unde exodi. xviij. Prouide tibi viros de omni plebe potentes et timentes deū. exemplo pharaonis q̄ noluit cōmittere pecora nisi viris doctis: vt patet gen. xlvij. Nunc tñ verificatur illud isa. iij. Dabo pueros principes eoꝝ. nam prelati pueri sunt: q2 nescij et inexꝑti cōperiunt. Attendat enim prelatus ꝙ architector fundamentum ꝓspicit: grandesꝗ lapides in fundamēto ponere solet sicut fecit salomō. iij. reg. v. Lapides. n. grādes viros virtuosos religiosos designant sup quibus ecclia fundata est. iuxta illud ad ephe. ij. Superedificati estis sup fundamentū aploꝛum et ꝓphetarum. hij colūne erant: vt dicit ad galatas. ij. Nunc tñ eccle dici pōt illud isay. xlix. Uenerunt seruitores tui destruentes te. Merito igit bernar. miratur li. iiij. ad eugeniū. Cur prelati tot inueniūt. quibus curā aīarum cōmittant: et tñ inuenire nolunt quibus suas facultates in curam exhibeant. Uerūtamen ars artiū est regimē aīarum: vt ponit grego. in suo pastorali li. i. ca. i. Ad huius ergo regimē exercendum sapiām et virtutē habere ꝙ maxime necesse est. Fortassis auteʒ aliqui pretermisso sapīe studio solis facultatibus intendunt. Uerūtamē teste aplo. ad thimo. Oportet epm nō esse auarum.

Ca. viij. de oratione facienda: sic vt vnus oret pro alio.



Uid oratione efficacius. Reuera nihil. vnde luce. xi. dicit. Si quis pseuerauerit pulsans. et subdit. Surget et dabit illi. et ad thimo. ij. Uolo inquit vos orare in omni loco leuantes pu-

ras manus. Tunc enim manus sunt eure quando ꝯscientia munda: ⁊ tūc oratio magne est efficacie. vnde pri me iohannis. iij. Si cor nostrum nō reprehēderit nos fiduciam habem⁹ q2 quicquid petierimus accipiem⁹. ⁊ iohā. xvi. Si quid petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. vnde treno. iij. Leuemus corda cū manibus. sup quo greg. dicit ꝙ ille cum corde manus leuat: qui orationē suaꝫ opibus roborat: qm̄ virtus orationis est celsitudo charitatis: vt dicit greg. li. ij. sup euangelium omelia. vij. Nempe xp̄iani tanꝙ fratres orationibus: et aliis munimētis spūalibus se debēt iuuare ne ab hoste dissipent̄: qm̄ debemus oīa ponere pro fratribus: vt dicit̄ ioh. iij. Si enī vnus ꝓ alio intercesserit tunc ꝯgregatio christianorum erit terribilis: vt castrorū acies ordinata. canti. vi. super quo grego. li. ij. sup ezech. omel. vij. Tunc inquit acies est ordinata: quādo in nullo ē interrupta oratio: ⁊ qn̄ per inimicitias locus nō vacuatur locus nō dissipatur. Nam si p charitatem fideles vnian̄t: tunc malignus hostis ingredi nō valet. Cur enī voluit deus vt ex vno hoīe totū gen⁹ humanū diffunderetur: nisi q2 vult ꝙ oēs hoīes sibi adinuicē adhereant ⁊ vnian̄t vt inqt augu. xij. de ciui. dei ca. xxi. Nā charitas multos animos vnuꝫ ⁊ multa corda vnum facit: vt inquit idem augustinus super Iohannem omelia lxxxiij. Nunc tamen hominuꝫ corda diuisa sunt: nec vnus alteri succurrere curat: nec in temporalibus nec in spiritualibus subsidiis: quibus p̄ma ioh. iij. dicitur. Qui habuerit substātiam huius mundi ⁊ viderit fratrem suū necessitatem hr̄e ⁊ clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet cū illo: quasi dicat ꝙ nō: vnde ad ephe. iiij. supportātes inuicem in charitate. Illi enī in charitate se supportant qui corporis necessaria sibi inuicem exhibent ⁊ deuotis orationibus pro alienis delictis q̄ntum in eis est deum mitigant. Legimus enim apud antiquos tantam fuisse erga ꝓximos dilectionē ꝙ pro salute proximorum nō solum orare: immo etiam quecunq3 flagella tolerare disponebant. vnde in li. qui dicitur paradisus legitur de serapione qui alio noīe dicitur sindonius: ꝙ se vendidit paganis precio. xx. solidorum ⁊ eis seruiuit donec ip̄os ad legem christianam conuertit. Cumq3 igitur ab eis recederet pecuniam restituit. Illi autem suadebant vt pauperibus eam daret: sed ip̄e renuit dicens date eam vos: q2 nō mea sed vestra est. De eodem etiam legitur ꝙ manicheo cuidam se vendidit cui seruiuit ⁊ tādem eum conuertit. Si igitur proprium corpus pro salute proximorum veteres exposuerunt: nos merito ⁊ peramplius orationes impendere debemus. vnde apostolus. ij. capi. vltimo

dicebat. Ego libentissime impendã ꝛ supimpendar ꝑ animabus vestris Nempe fas est vt aduertamus qm̃ abrahã semꝑ sollicitus fuit altare dño edificare: eiusqꝫ nomen inuocare: sic vir christianus preces dño effundere sollicitus esse debet: qm̃ teste augu. epl'a. xlvij. Oratio vitã beatam facit quã omnes appetũt. Quid enĩ aliud oportet orare nisi quod cupiunt omnes. ꝛ subdit. Oratio plus gemitibus ꝙ̄ sermonibus agit̃ plus fletu ꝙ̄ affatu. Absit in oratiõe multa locutio: sed nõ desit feruens intentio. vnde iob. xxxi. dicebat. Quis mihi tribuat adiutorem: vt desiderium meũ omnipotens audiat. super quo grego. xxij. moralium. Uera postulatio nõ est in oris vocibus sed in cordis cogitationibus apud aures dei nõ faciunt verba sed desideria. Jdeo de moyse exodi. xiiij. dicitur. Quicd clamas ad me quasi dicat ꝙ̄ clamor nil prodest. Et de anna primi reguꝫ ꝑmo dicitur ꝙ̄ orabat ꝛ nõ loquebatur. vnde mathei. vi. Jntra cubiculũ tuũ ꝛ clauso ostio ora patrẽ tuum. nã in vitis patrum parte vltima legitur ꝙ̄ iulianus apostata misit quendam demonẽ vt portaret ei quoddam responsum: qui demon trãsiens per locum vbi erat probus monachus vlterius trãsire nõ potuit: eo ꝙ̄ dictus monachus orabat: ꝙ̄ cuꝫ audiuisset iulianus dicto monacho cõminabatur: sed ipe iulianus cito interempt⁹ est. Oratio igitur demonẽ vicit atqꝫ superat. Debemus ergo sine ĩtermissione orare ꝛ nõ deficere: vt inquit apostolus. i. ad thimotheum. v. ꝛ. prima petri. iiij. dicitur. Uigilate in orõne: ꝛ hoc in spiritu ꝛ veritate.

Ca. ix. de predicatoribus.



Predicatorum vocatio veritas sit ꝛ nõ ꝓpria commoditas. Si enĩ predicans regnuꝫ dei ꝓpriam cõmoditateꝫ veritati preponat sua ꝑdicatione parum ꝓficere valebit. Ueris aũt verbi diuini exclamatoribus ait dñs per ꝓphetaꝫ. Preparabit̃ veritas mea in eis. Nempe li. iij. hystorie tripartite ca. ij. dicitur ꝙ̄ cum plurimi ꝑ disputationis delectatione traherentur ad negocium fidei: vnus quideꝫ ex cõfessoribus laicis simplicem habens sensum dialecticis obuiauit dicens. Audite fratres qm̃ artem dialecticam nõ tradiderunt nobis xp̃us ꝛ apostoli: nõ vanam verboꝝ fallaciam: sed puram sciẽtiã fide ꝛ bonis operibus obseruandã. Jpsos igit̃ imitando veritas est ꝑdicanda. Jnsuꝑ etiaꝫ ibidẽ narrat̃ qualiter senex quidam veritateꝫ sic hortabat̃ cuidam pħo dicens. O pħe audi dogmata veritatis. Unus est creator oĩum ꝛ verbũ eius quo creauit oĩa filius ei⁹ est. Hoc ergo si credis noli inuesti

gare studio ad cuius verba philoso phus mirabili quadam virtute puer sus est. vñ psal. lxvij. Dabit eni domi nus verbum euãgelizantibus virtu te multa. Nam in vita sancti cesarij legitur ꝙ spũssanctus sermonẽ suuꝫ disponebat: vt hoim ꝯscientias sua predicatione cõuerteret. ex quo põt colligi ꝙ nõ ex nobis: sed ex spũssan cto in predicatione loquendũ est. In super aug. vi. cõfessio. de ipõ narrat ꝙ ipõ predicante alippius intrauit: quo intrãte aug. predicare cepit val de mordaciter contra ludos quosdã quibus alippius intent9erat. De ipõ tñ alippi nlꝉo mõ cogitabat. ⁊ tñ alip pius oĩa propter se dici credebat. et subdiꝉ ꝙ alippius cõuersus est eiusꝯ ꝙꝫ correctio augustino fuerit attribu ta. ⁊ ideo subdit aug. Per me inquit licet me nesciente bene operatus es dñe. Similiter etiã de eodẽ augu. in eius vita narraꝉ qũo ipõ nõ cogitãte deo tñ ministrante cõtra errorẽ ma nicbeorum in mensa sedendo loque batur: ibiqꝫ interfuit quidã qui ma nicbeus erat qui post biduũ venit ad eum flens ⁊ cõfitens se fuisse mani cbeum quousqꝫ audiuit eum loqui. Patet igitur qualiter predicatio a spũsancto ministraꝉ ⁊ per ipm robo ratur. Nunc autẽ plures predicãtes potius in ꝓprio ingenio ꝙ̃ in diuina inspiratione cõfidunt nec veritatem curant ꝓmulgare: sed potius audi toribus cõplacere volentes dulcia quedam ꝓponunt: itaqꝫ nõ docent: cum tñ docere teneanꝉ. quibus oze. iiij. diciꝉ. Quia tu repulisti sciaꝫ ego te repellã ne fungaris mihi sacerdo tio. Illi enim sciam a se repellunt qui veritatẽ predicare negligũt. quibus greg. xxi. moraliuꝫ sic ait. Absqꝫ iure fructus ecclesie comedunt qui eccꝉa stica cõmoda ad vsum corporis acci piunt: ⁊ exhortationis misteriuꝫ po pulo nõ impẽdunt. Nos inquit pa stores officium ꝑconis suscepimus ⁊ eccꝉastica alimenta corpori debita suscipimus ⁊ quod subditoꝝ est non eis impẽdimus quod est cõtra illud ezech. iij. Audies verbuꝫ ex ore meo ⁊ annunciabis eis. ceterũ grego. li. i. omelia. ij. Prepositus ĩquit sine cul pa nõ est quando verba vite sibi sub iectus pp̃ius nõ audiens ex sua cul pa moritur. Ille enim occidit qui ta cendo morti ꝯsentit. Qui igiꝉ preest si tacuerit reus mortis tot vicibus ĩ uenitur quot ꝑmittit hoĩes tacendo duci ad morteꝫ. ⁊ ideo ibidẽ omelia xviij. Pensemus inquit cuius domi natõis sit: sit sine labore laboris mer cedem ꝑcipere: quasi dicat ꝙ viuen tes ex bonis eccꝉe ad veritatis pre dicationẽ debent insudare. Naꝫ do ctrina a sacerdotibus expectaꝉ vt so nant ꝑcepta veteris legis: vt inquit hierony. epꝉa. xliij. ⁊ apꝉus ad tituꝫ Oportet inquit epm in doctrina eẽ fidelẽ vt potẽs sit exhortari sana do ctrina. Ille enim potẽs est qui nõ so

lum verbis sed etiam bone vite exē-
plo predicat: qm̄ peccatori dixit de⁹
quare tu enarras iusticias meas: et
assumis testamentū meū p os tuuz:
qz scz p̄dicantes sermonez efficacem
nō habent si opibus verbis contradi
cant. quapropter greg. moraliū. xxx.
tunc inquit est sermo viuus ꝛ efficax
cum p̄dicato in vita pura sancta atqꝫ
pfecta est sicut fuit stephan⁹. de quo
actuū. ix. dr̄ ꝙ nō poterāt resistere sa
pientie ꝛ spiritui qui loquebat̄. Itez
li. x. ecclastice hystorie ca. xxx. legit̄
ꝙ cuz sancti patres olim ꝯuenissent
ad ꝯsilium nicenū: ibi pħi disputatio
nes ꝛ dubia mouebant intantum ꝙ
maximuz fuit spectaculū maximaqꝫ
cōgregatio audientiū: nec poterat q̄
daz pħus ibi existeus ab aliquo con
cludi: sed vt ostenderet deus qz nō in
sermone regum dei: sed in virtute cō
sistit quidam ex cōfessoribus simpli-
cissime nature vir ꝛ nihil aliud sciēs
nisi xp̄m ihm̄ ꝛ hunc crucifixum inter
ceteros auditores ep̄s aderat qui cū
vidisset pħm insultantē nostris ꝛ cal
lida se disputationes arte iactantem
poscit ab oībus locuz velle se poscis
cum pħo sermocinari. Tum vero no
stri qui simplicitatē viri ꝛ īperitiam
in sermone dūtaxat nouerant e cepe-
runt pauerunt ꝛ velut pudorē quen-
dam pati ne forte apud callidos ho-
mines risui effecceret̄ sancta simplici
tas. Prestitit tñ senior ꝛ hinc mouit
sermonis exordium. In noīe inquit
ihu xp̄i pħe audi que vera sunt. Deus
vnus est qui fecit celum ꝛ terrā qui-
ꝙ homini quē de terre limo forma-
uerat spm̄ dedit ꝛ vniuersa que vidē
tur ꝛ que nō vident̄ virtute verbi sui
creauit ꝛ spūs sui sanctificatione fir-
mauit hoc verbū ac sapientia quem
nos filiū dicimus humanos misera-
tus errores ex virgine nascitur. ꝛ per
passionez mortis a ppetua nos mor
te liberauit: ac resurrectione sua eter-
nam nobis cōtulit vitam quē ꝛ expe
ctamus iudicez omniū que germus
esse venturū. Credis hec ita esse pħe
At ille velut si nunꝙ vllum sermonē
cōtradicendi didicisset ita obstupefa
ctus virtute dictoruz mutus ad oīa
hoc solum potuit respondere ita sibi
videri: nec aliud verum esse qua dixe
rat. itaqꝫ ille qui a nullo cōstringi po
terat p humanam sciam a simplicissi
mo viro cōclusus est. Ex quo patet
ꝙ vite sanctitas ꝛ non intellectus in
geniositas verbuz p̄dicantis efficax
reddit. ceterum eodē li. ca. ij. legitur
ꝙ mulier quedaz captiua fuit apud
gentem hibernoruz que in sua capti
uitate sanctissimam vitam ducebat.
Accidit tamē vt adolescens quidam
egrotaret cuius mater per singulas
domos ibat remediū petens. Ad il-
lā igitur captiuaz cum venisset inter
rogauit an remediuz pro suo filio sci
ret: que respondit ꝙ aliud remediuz
nesciebat nisi ꝙ christus in quem cre
debat ipm̄ sanare poterat. Oratio-

ne igitur fusa infantem sanum reddidit: cuius mater miraculum per totum regnum promulgauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma esset ad predictam captiuam accessit et fusa oratione sanitatem accepit in nomine iesu christi. Quapropter regina christum verum deum esse suo marito omnibusque nunciauit. Cumque rex conuerti differret accidit vt in venatione in tenebris maximis esset. Christum igitur inuocauit dicens. O christe si deus es me nunc libera et protinus luce clarescente liberatus et conuersus est. Ecclesiam igitur edificari fecit et ad constantinum vt sacerdotes mitteret scripsit quod et fecit. Cumque columna quedam ecclesie humana virtute eleuari non posset: predicta captiua oratione impetrauit vt eleuaretur cunctis admirantibus. Ex hac ergo hystoria patet quod sanctitas vite plus facit ad conuersionem quam scientie ingeniositas. vnde isaye. xl. Super montem excelsum ascendete tu qui euangelizas syon. Ille autem super montem ascendit qui in sanctis operibus viuit. Ille enim euangelizat qui diuinum verbum predicat. vnde ezechielis primo. Speculatorem dedi te qui in alto conspicis

Capitulum decimum de scholasticis.



Licet omnia scire bonum sit: diuine tamen veritati potissime intendendum est: quia nec fallit nec fallere pot. Legimus enim gen. xvi. qualiter abrahan ancillam domine subiecit. sic omnes humane scientie diuino scrutinio debent ancillari. vnde augu. li. ij. de doctrina christiana sic inquit. Homo quicquid extra sacram scripturam didicerit si noxium est: ibi damnatur si vtile est ibi inuenitur. vnde idem epla. iij. Nulle littere comparande sunt duobus preceptis domini in quibus omnis ars. Ibi enim phisica: quia deus est causa omnium naturarum. ibi ethica: quia non nisi diligendo deum vita bona famatur. ibi logica quia deus lumen est anime. ibi salus reipu. Quia nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam Ideo ipsa sacra sapientia prouer. viij. inquit Audite quoniam de rebus magnis locutura sum et aperientur labia mea vt recte predicent. veritatem meditabitur guttur meum. Hec enim dat intellectum paruulis. vnde sapie. vij. Optaui inquit et sapientiam et datus est mihi sensus inuocaui et datus est mihi spiritus sapientie In hac autem sapientia teste hugo in didascali parte. v. In proprio ingenio non est confidendum: quia potius oratione quam studio acquiritur. vnde matthei. xi. Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis. vnde cassianus in collationibus patrum

Cupiens inquit ad noticiaz scripturarum ptingere nequaq̃ debet suos labores cõmentariis impendere sed omnẽ industriam mentis et intentionem cordis erga emẽdationẽ vitiorum detinere quibus expulsis scripturarum sacramenta contẽplet: sicut ab oculo purificato colores cõcernunt. narrat etiaz cassiodo. li. de insti. scripturarum q̃ cum explanationẽ cuiusdã questionis inquireret septẽ diebus et noctibus in oratione perstitit: quousq̃ deo reuelãte cognouit. Omnĩ igitur sapiẽ studium bonis opibus potissime exercetur. vnde hugo vbi supra. Bene inquit scripturã studet q̃ ea que audit ope complet. vnde lib. ix. historie tripartite de quodã abbate legit q̃ cum audisset versum illuz psal. Dixi custodiam vias meas etc. Tunc amplius noluit audire dicens sibi sufficere si qd audierat posset adimplere. vñ anno vite sue. xlix. Interrogatus si pdictũ versuz didicisset et cõpleuisset: respondit q̃ vix cõplere potuerat. Non ergo in magnis difficultatibus sed in bonis operibus sacre scripture studiũ versatur. vnde ecclesia. lxxxii. Pie agẽtibus dedit deus sapiam. Quis enĩ tam stultus vt eum dicat sapientẽ cuius vita mala est dissoluta et enormis. Omnis enĩ dissolutio ex insipiente radice manat Ille igitur sapiens putandus est qui sua opa sapiẽter dirigẽs ea facit que sapientem facere decet. Nam iste ẽ fructus vere phie scilicet bene loqui fm suum statũ et ↄsequẽter bene viuere: vt dicit apuleius lib. de deo socratis. vnde aristippus phus cuidaz tyranno interroganti qd studiũ phie pficeret sibi respondit. Ut inquit cũ omnibus hoibus secure et intrepide sciam fabulari. Nam apostoli pplm dei sic ↄuerterũt: qz vnũquenq̃ fm suum statũ docuerũt: nunc dñis: nũc seruis: nunc patrib: nunc filiis: nũc vxoribus veritatem suadẽtes. vnde ad ephe. v. Uiri diligite vxores vestras. et ibidez. vi. Filii obedite parẽtibus serui obedite dñis. pma petri ii. Serui subditi estote. et ibidez. xiii. Mulieres subdite sint viris suis. et pma iohan. ii. Scribo vobis patres scribo vobis adolescẽtes: scribo vobis infantes. Insup gentiles cõformiter fecerunt. vnde pompeius lib. viii. et policraticus li. vii. ca. iiii. pariter narrant qualiter pithagoras audiens vrbem crotoniorum esse dissolutam: venit vt doceret: itaq̃ alio affatu viros: alio quoq̃ matronas hortabatur vnicuiq̃ veritatẽ pdicans. Itaq̃ fm statuuz diuersitatẽ leges et mores descripsit. Ratione igit potiori diuini vbi pdicator animo valido veritatẽ debet detegere. Sz plurimi in suis abditis proximis detrahunt: quorum pctã corrigere vbi fas ẽ negligunt. ibi loquunt vbi tacenduz nam eccle. xxxii. Ubi nõ est audit nõ effundas sermonẽ. Cõgruit ergo lo-

quendi tempus et locum explorare. vnde primo saturnaliuz legit quod socrates orator grecus in conuiuio existens rogatus fuit vt de fonte sue eloquentie aliquid proponeret qui renuit dicens. Nihil inquit tam gratum probe sicut locis et temporibus aptare sermones. vnde eccl'asti.xi. Prudentie statura ponderabuntur: quia scz loquendum est iuxta exigentiam locorum et personaruz valerius li.vi.ca.vlti.narrat de xenocrate. Qui cum gratis eloquiis mores abstrueret vidit quendam superuenientem cuius crimina grandia erant et ideo materiaz de qua loquebatur pretermisit vt peccata illius detestari posset.ideo ecclesiastici.xxvij. dicitur Cum viro irreligioso de sanctitate tracta et cum iniusto de iusticia.vnde seneca epistola.ci.dicit quod talis debet esse probus vt ad ipsum veniens semper aliquid ferat et in aliquo melioretur. Potius igitur in verbo predicantis profectus debeat haberi.quoniam sicut dicitur ad corinthi.i.Sermo meus et predicatio mea non est in persuasibilibus humane scientie verbis: sed in diuinis eloquiis.

¶ Finit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus qui est de statu principum et nobilium et habet vigintiquattuor capitula: cuius primum est de clementia principum.



Clementiam habere debent principes maxime exemplo antiquorum. Narrat enim vale. li.viij.ca.primo de seruio galba qui propter homicidium morti condempnatus erat: et cum proximus morti esset iudici dixit. Meam inquit non recuso mortem sed meos defleo paruulos quos tibi recommendo. Misericordiam ergo obtinuit pietatis causa. Itaque innocentia veniam non impetrauit: vbi pietas periculorum indulgeri fecit. Narrat etiam de quodam qui libidinis causa condempnatus erat: sed veniam impetrauit eo quod suam impudicitiam sponte declarauit. Beati igitur misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. math. v. narrat etiam augu.viij.de ci.ca.x.de quodam cuius nomen ares qui morti condempnatus erat et homicidij reus habebatur iudicantibus tantum.xij.dijs absolutus est a sententia sex illorum.xij.deoruz quos venerabantur apud athenienses: quibus lex erat quod si voces iudicum erant equales tunc absolutio iusticie preponebatur Si igitur gentiles deum non cognoscentes indulgere presstuduerunt: merito et potius xpiani iudices hoc facere debent: vt scz potius indulgentiam quam rigorem exerceant. Veruntamen iudices platique plures fauore vel ira seducti causas subditorum non discutiunt: sed cum

rigore sue temeritatis subditos affli gunt. vnde narrat aug. vi. ɔfessio. ca. xi. De alippio collega suo quõ apud carthaginē fuit deph̄ensus de furto licet sine cā. accidit tñ diligēti discussione facta ꝙ immunis inuētus est ꝛ innocens: puero quodā reuelante q̇ furtum cōmiserat reptus ē. ꝛ ɔcludit idem aug. Non arbitror enī aliaʒ ob cām deum hoc ꝑmisisse nisi vt vir ille scʒ alippius qui tātus futurus erat: inciperet discere ꝙ non de facili iudicandus est hō. vnde de seipo narrat ꝙ assistendo iudicio pretulit equitatem cuicunqʒ potestati iuxta p̄ceptū dñi. exo. xxiij. Nec iudicio plurimorū acquiesces: scʒ vt a vero deuies. ꝛ ibidem. Non declinabis in iudicio pauperis. vnde leui. ix. Non iniuste iudicabis. ꝛ subdit. Noli facere iniquuʒ aliquod in iudicio: sed oīa in regula pondere ꝛ mēsura. ideo iniūxit beat⁹ ambro. theodosio impatori: vt ante xxx. diē nullum ɔdemnaret morti: qꝛ nō ex libito nec ad libitū ꝓcedenduʒ est. naʒ ꝛ dño geñ. xviij. dictū est qualiter clamor sodomorū venit coram eo: non tñ statim ɔdemnauit: sed ait descendā ꝛ videbo ꝛc. qꝛ scʒ cuʒ magna deliberatione iudicandum est. ꝛ nō cum ira vel furore. sapien. xij. Et tu cum trāquillitate iudicas. Ira q̇dem viri iusticiam dei nō operatur. iacobi p̄mo. vnde seneca lib. i. de ira narrat de quodā iudice tyranno qualiter tres milites innocentes propter iram suam ɔdemnauit. Primū enīʒ condēnauit: qꝛ redierat sine suo conmilitone seu socio: imponens ei ꝙ illum interfecerat. Precepit ergo cuidam militi vt eum duceret ad locum supplicij. Cunqʒ tñ eum duceret venit cōmilito seu socius eius q̇ ad supplicium ducebatꝛ: ꝛ tunc ad iudicem rediit vt ille excusaretur: quod vidēs iudex iratus est: primoqʒ militi dixit te iubeo interfici: qꝛ semel cōdemnatus es. secundo aūt dixit: qꝛ causa dānationis tui cōmilitonis fuisti: similiter te iubeo interfici. tertio dixit ꝛ te iubeo occidi: qui iussus occidere precepto nō paruisti. ideo isidorus. iij. d̄ summo bono ca. xxv. Iudex inquit iracundus examen iudicij intueri nō valet: qꝛ caligine furoris execatus nō videt. vnde augu. ep̄la. xxxv. ante finem cōcludit dicens. Non debet inquit iudex vendere iustum iudicium aut de tristari verum iudiciū lʒ vendat aduocatus iustum patrocinium ꝛ iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtrāqʒ partem examinis adhibentur. Isti vero ex vna parte cōsistunt. Nihil ergo turpius nil sordidius q̄ iudicium vendere: vt ponit aug. vij. cōfessionum. Nam iudiciuʒ si fiat ad preciuʒ sordibus computatur: vt ait policratus. v. li. c. ij. qꝛ cum iudex sit famulus iusticie. Si igitur iusticiam vendit suam dominā p̄cio exponit. Verūtamen illud iosue. iij. verificatur. Puellam inquit vendi

derunt vino vt biberent scilicet iusti-
ciam:sed qui emit nō letetur:vt dici-
tur ezechielis p̄mo.qꝛ vēditoꝛ ꝛ em-
ptoꝛ peccant. Tales enim figurant
numeri.xxij.in balaacb qui coꝛrupit
balaaꝫ muneribus ꝛ execauit.vnde
petronius sic ait:quid faciunt leges
vbi sola pecunia regnat:aut vbi pau
pertas nullo iure vincere poteſt. Iā
igitur iudicium nihil eſt niſi publica
merces. Quapꝛopter tullius li.iij.of
ficioꝛum dixit ꝙ a maioꝛibus hoc ac
cepimus:vt contra iusticiaꝫ nil aga-
mus. maioꝛes enim pꝛedeceſſoꝛes
vocantur.vnde A.gellius libꝛo.v.de
imagine iusticie narrat qualiter cri-
ſippus os ꝛ oculos iusticie vultūꝙ
seuerum depinxit:verbaꝗꝫ veneran-
da coloꝛauit.ꝛ sequitur. Foꝛma vir-
ginali aſpectu vehementi ſiue foꝛmi
dine eam intronizauit:qꝛ scilicet iu-
dices foꝛmidare nō debent quin iu-
ſticiam agant.nam valerius li.vi.ca
pitulo.iij.de cambiſe narrat qualiter
fuit per eum iudex quidam excoꝛia-
tus eo ꝙ nullam iuſticiam fecerat ꝛ
ſuper eius pellem filium eius tanꝙ̄
iudicem ſedere iuſſit. Facienda eſt
ergo iuſticia admixta.tamen decen-
ti pietate:ſicut ioſeph feciſſe legitur.

Capitulum ſecundum de bo-
nis pꝛincipibus.



Rincipes ſunt conſti-
tuti vt populum foue
ant ꝛ pꝛotegant. vnd̄
moyſes oꝛabat vt de
us ꝓuideret hominē
ſuper multitudinem populi qui poſ-
ſet exire ꝛ intrare ante eos:vt dicitur
numeri.xxvij. Olim enim nō genea
Princeps incontinens subditorum maculat vitam suo prauo exēplo. vnde timendum ne luxuriosus ṗnceps subditorum filias ꝛ cōiuges violet. Magna igitur securitas est in dño si castus ṗnceps extiterit. Nempe viri veteres ꝛ celebres castitate florentes laudis premium huiusq; meruerunt. Queso enim vt scipionis castitatem cōmemoremus. narrat enim vegetius de re militari. iij. ca. x. q̄ scipioni africano virgo pulcherrima et nobilis adducta fuit: quā licet naturaliter affectaret. nihilominus diligētissime eam custodiuit: ꝛ cum captiua esset eam redemit: suoq; sponso qui nōdum eam cognouerat virginē tradidit cuius nomen allicius ꝛ pro dote nuptiali munera grādia ṗbuit. Simile etiā de alexandro legimus. Insup de octauiano legimus in policra. lib. iij. c. x. Quomodo virgo cleophatra ad eū accessit: eiusq; oculos rōne pulchritudinis sollicitauit. Uerūtamen eius pulchritudo pudicitie nō obfuit. vñ poeta. Uultus adest ṗcibus faciesq; intacta perorat. ceterū vege. li. iij. ca. iij. narrat quomodo hānibal vigilijs ꝛ abstinentijs corpus suum macerabat ꝑ quam abstinentiam libido extinguebatur. Legimus insuper abstinuisse cesarē iulium ꝓut narrat policra. li. v. ca. vi. ꝛ ideo eccl'asti. x. dicitur. Ue terre cuius rex puer. ē

⁊ cuius principes mane comedunt. Beata aūt terra cuius rex est nobilis: ⁊ cuius principes vescunt in tempore suo: scʒ ad reficiendū ⁊ nō ad luxuriandū. Attendamus quomodo amor mulieris eneruauit potentiaʒ sampsonis: infatuauit sapientiaʒ salomonis: sanctimoniā dauid fedauit put ait hiero. epl'a. xxxiiij. ⁊ subdit. Nec salomone sapientior: nec dauid sanctior: nec sampsone fortior: ⁊ tamen vtriqʒ a muliere decepti sunt. Nullum enī imperium durabile nec pncipatus stabilis quādo regnat in principe libido luxurie. vnde policratus li. vi. ca. xij. dicit ꝙ imperium romanū exhaustuʒ est nerone impante cuius gula oīa deuorauit ⁊ maculauit libido exhausit auaricia superbia cum luxuria exinaniuit. Insuper egesippus li. pmo. loquens de antonio ipi augusto dicebat. Ille inquit scilicet antonius nō victus est virtutibus tuis: sed magis est victus moribus suis. Vicit enīʒ eū cleopatra vxor cū qua maluit vinci ꝙ sine ea vincere. Nunquid etiā vale. narrat li. ix. ca. i. qualiter vrbs volscinensiū erat optime legibus regulata: sed p luxuriaʒ plapsa est. ⁊ ideo ante concludit. qd fedius: quid dānosius est scʒ luxuria p quam ꝟtus atterit victorie relanguescunt ⁊ cepta gloria in infamiam conuertit: animiqʒ ⁊ corpis vires expugnant adeo: vt nescias ab hostibus: ne an ab illa capi perniciosius habendum sit.

Ca. xv. de moribus principum.



PRincipum maxime est morales esse: sicut dicit aug. de ciui. dei li. ij. ca. xxi. ⁊ narrat versum ennij poete dicentis. Moribus antiquis res stat romana virisqʒ. Nam ꝙ diu romani morales fuerunt tandiu orbi pfuerunt. vnde idem aug. v. de ci. ca. xij. verba catbonis narrans dicit. Nolite inqt estimare maiores nostros armis rē publi. augmētasse. Nam si ita esset multo pulcherrimam nos eā habere mus. Quippe socioꝝ atqʒ ciuiū preterea armorum ⁊ equorū maior copia nobis ꝙ illis est. sed alia fuere q̄ illos viros magnos fecerūt q̄ nobis nulla sunt domi industria foris iustū imperiū animus in ꝯsulendo liber neqʒ libidini neqʒ delicto obnoxius p his nos habem⁹ luxuriā atqʒ auariciam publice egestatē priuatim opulentiā. laudam⁹ diuitias sequimur inerciaʒ inter bonos ⁊ malos discrimē nullum oīa virtutes premia ambitio possidet. hec aug. Ex qbus ꝯcludit ꝙ virtutes morales. R. P. manutenuerunt atqʒ exemplū colligit ꝙ vita spūalis i huiōi morib⁹ ꝯsistit atqʒ roborat. vñ aug. li. i. c. xxxij. loquens de scipione ait ꝙ nō censebat ille scʒ scipio. R. p. esse felicē stantib⁹ menib⁹

ruentibus moribus. et eodem li. ca. ij. Romani inquit ceciderunt nõ murorum casu sed morũ defectu: neq3 ignibus eorum tecta ardebãt: sed corda cupiditatibus inardescebãt atq3 presidendi potius q̃ corrigendi volũtas romanos cõtriuit. et q2 homo quasi ciuitas est cuius value sunt sensus ciuesq3 vires sunt aĩe quibus impat voluntas. debet ergo tanq̃ ciuitas moribus ornari: q2 sicut ait seneca epl'a xl. Mos est mentis habitus ex quo singulorũ operum assiduitas manat Item policratus li. v. ca. iij. dicit q̃ a virtutibus fiunt mores et a moribus virtutes acquirunt. Sed q2 multi vitia prauos mores nõ credunt ppter assiduitatẽ: vt ait sene. li. de vita beata. Ideo absq3 pudore hoĩes criminibus seruiunt. virtutesq3 acquirere nõ curant. et cõcludit ibidem sene. q̃ aliter est agendũ ĩ via morũ et aliter pedum: q2 in moribus nõ est tuta via quã sepius multi sequunt: sed in via pedum frequẽter cõtrarium est. et si mores cõgruunt sapienti maxime tñ principi. Sed queso inquiramus vñ principum corrumpunt mores. estimo enim q̃ fastus et supbia hoc faciunt. Nam si princeps humilis existeret moribus floreret. sed superbia tollit sensum: corrumpitq3 mores. Utinam attenderent pncipes verba darij loquentis alexandro. vnde fertur in hystorijs alexandri qualiter darius vulneratus et in lecto positus alexandro dicebat fili alexander: vt plenius tua sapientia nouit: totus mundus in corruptione positus est. Sic enim diuina prouidentia a principio ordinauit: vt nihil esset constans tutum vl' firmum: sed totum variationi subiectum. Cum aũt quis ad tanti dominij ascendit culmẽ: vt iam nõ hominem sed deum se estimet mox ad ima ruit: et dum eius casum se meruisse coguouit: et deorũ benignitatẽ inuocauerit: ne laqueum desperationis incurrat subito misericordia subleuatur. et subditur. Considera inq̃t fili quid fui heri et quid sum hodie. heri namq3 rex regum et dominus dominantium vocabar. et tunc absq3 potestate lugeo: q2 vna superstitione seduct⁹ dijs volui assimilari. Cõsiderãda est etiam ipius nabucodonosor hystoria qui cum eleuaretur corruit sensum perdidit: et tanq̃ animal brutum cum feris vixit. Humiliatus tamen postmodum restitutus fuit. ideo propheta dicebat. Quoniam iniquitatem meã ego cognosco. Absit ergo superbire ppter bona que in mũdo sunt: in quibus nulla securitas est vnde bernardus. Nusq̃ inquit est securitas neq3 in celo neq3 in terra neq3 in paradiso. Namq3 de celo cecidit angelus de sede maiestatis. adã cecidit de paradiso voluptatis. et de mundo cecidit iudas d' schola sanctitatis. Humiliemur ergo cõsiderantes diei finalis terrorem. vnde greg.

Tunc inquit erit superius iudex iratus: inferius cahos horrendū: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad supplicia trahentia. Interius erit ꝯscia vrēs: exteri⁹ mundus ardēs. Quid igit̄ faciet peccator, nam latere impossibile erit: et patere horribile, ecce ꝙta humilitas occasio. De quodaꝫ rege legimus in legendis sanctoꝝ ꝙ cum vidisset duos christi pauperes de curru descendit vt ipos honoraret: quod videns frater eius ipm increpauit dicens ꝙ nō decebat regem sic humiliari corā paupibus: quo audito rex iussit suis pconibus vt ipm citarent cū familia ⁊ liberis quod videns ille qui regem reprehenderat cū habitu humilitatꝫ coram rege accessit cū liberis ⁊ familia: quē cum vidisset rex ait. O inquit stulte preconē fratris timuisti: ⁊ licet nō peccauerꝫ: tamē te humiliasti ad verbum preconis fratris tui vterini. Nunquid igitur potius pcones iesu christi pauperes formidare ⁊ reuereri debem⁹ cū de ipis in euangelio dicat veritas. Qui vos honorat me honorat: ⁊ qui vos spernit me spernit. ⁊ iterum ꝙ vni ex minimis istis feceritis mihi fecistis. Humilis ergo mēs nostra existat nullum spernat: sed futuri iudicij terrorem cōcernat. Unde hiero. Siue comedam siue bibam semper illa vox resonare mihi videt̄ in auribus meis: surgite mortui venite ad iudiciuꝫ. Quia tamē domini ⁊ principes fastum ⁊ superbiā amāt: ideo in auribus suis si resonaret vox sophonie ꝓphete humiliarent̄. Dicit enim sophonias ca. i. loquendo in ꝑsona domini. In illa inquit die visitabo super principes ⁊ super filios regis ⁊ super omnes qui arroganter ingrediuntur super limen. ⁊ cōpleuerūt domum dñi dei sui iniquitate ⁊ dolo ⁊ sequit̄. Disperierunt omnes inuuoluti argento: ⁊ qui dicunt in cordib⁹ suis nō faciet bene dominus ⁊c. ⁊ sequitur. Fortitudo eoruꝫ in direptione erit: ⁊ domus eorum in desertum edificabunt domos ⁊ nō habitabūt in eis: plantabunt vineas ⁊ nō bibēt vina earum. ⁊ sequitur. Cōturbabo homines ⁊ ambulabūt vt ceci: qꝛ domino peccauerunt ⁊ effundetur sanguis eorum sicut humus: ⁊ corpora eorum sicut stercora: sed argentuꝫ et aurum eorum nō poterit eos liberare in die ire domini. Utinaꝫ pncipes talibus verbis corrigerent̄: moribusꝙ suis rempu. dirigerent: exemplo titi de quo legit̄ ꝙ tam modeste. R. P. rexit vt de sola clementia argui posset. Unde mores principum pulcherrime suadet seneca de quattuor virtutibus. ca. iij. Impone inquit cōcupiscentie frenum ede citra saturitatem: bibe citra ebrietatem: obserua ne in conuiuio: aut in aliqua cōmunitate hos damnare videaris: quos imitaberis: nec delicijs tibi presentibus inherebis: nec absentes deside-

rabis. ꝛ sequit. Odibilem quoq; ho⸗
minem facit risus superbus ꝛ elatus
ac etiam malignus et furtiuus. Si
igitur risus iocos exigit hos cum di⸗
gnitate sapientie gere: sit tuus inces⸗
sus sine tumltu ꝛ quies sine desidia
adulationes euita nō acerba: sꝫ blā⸗
da verba timebis: esto vitiorum tuo
rum fugax, aliorū vero nō sis curio⸗
sus scrutator: docentium esto facilis
auditor requirenti facile responde:
superiores recte viuendo nō timeas
senior esto iudicio q̄ sermone vita q̄
vultu clementior: esto fame bone: ne
q; tu zizaniator: neq; aliene inuidus
ad iram tardus: ad misericordiaꝫ ꝓ
nus: in aduersis firmus: in prosperis
cautus que nosti sine arrogantia po
stulanti cōmunica et que nescis sine
occultatione ignorātie tibi postula i⸗
partiri. Hec enim oīa licet nō eodeꝫ
ordine documenta sunt senece vbi su
pra. quibus modesta ꝛ moruꝫ hone
stas suadet que ꝑncipibus maxime
ꝑtinere dinoscit. nā isido. ix. ethimo.
c. iij. dicit ꝙ rex dicitur a regendo nec
est rex qui nō regit. In principib⁹ igi
tur nō ambitio: sed de subditis cura
esse debet. vnde grego. xi. moralium
Principes vocantur qui malis co⸗
gitationibus principantur. ꝛ ibidem
xxvi. Illi enim principes sunt qui ela
tionis gloriam declināt: qui liuores
mitigant furores extingunt: qui tem
ptationibus nō consentiunt: sed re⸗
gendo preesse nouerunt. vnde hora⸗
tius in carmine Lirico. sicut narrat
augustinus. v. de ciui. dei. ca. xiij. di⸗
cens. Latius regnes auidum domā
do spiritum. ꝛ claudianus alloquen⸗
do theodosium dicebat. Licet inquit
late domineris: si tamen praua cu⸗
pis si duceris ira. seruicij iugum pa⸗
tieris. si aūt tollis ꝛ leges interius fe
ras: tunc omnia iura tenebis. Insup
de valerio imperatore octuagenario
legimus ꝙ cum adhuc virgo esset ꝛ
sue felicitatis premia recoli audiret
ait de vna tantūmodo victoria glori
or. ꝛ requisitus que fuisset illa: respō
dit. Quia inquit inimicorum domuꝫ
scilicet carneꝫ meam domaui ꝛ supe
raui. Hoc eni narrat valerius in quo
dam suo paruo tractatu. Illi ergo re
ges sunt qui se regere nouerunt. vn̄
gregorius moraliū. iiij. Illi inquit re
gnant qui corpora sua regere sciunt
qui desideria temperant ꝛ cogitatio
nes legibus regulant. ꝛ ideo. Ve ter
re cuius rex est puer. ecclesiastes. xi.
Nunc tamen principes seipsos rege
re nō curant ꝛ regna regere se iactāt:
ꝛ qui suos inimicos se vincere dicūt
modica temptatione vincunt. vnde
seneca epistola. xvi. Multi iquit ho⸗
stem vincunt: sed vincuntur cupidita
te ꝛ cum agere videant: ipi tamē a⸗
guntur. Idem epistola. c. de alexan⸗
dro loquens ita dicebat. O inquit vi
ctor tot regum atq; philosophorum
ira atq; tristicia succubuit: ꝛ omnia
preter se in sua potestate habebant.

Sibi tamen imperare maximuz im perium est. Idez epistila. xxxviij. Si vis omnia tibi subijcere: subijce te rationi. Multos enim reges si te rexerit ratio. Ab ipa enim disces quid et queadmodum aggredi debeas. idē epistola. cxvi. Animus inquit noster modo est rex modo tyrannus. Nam rex est cum honesta petit atq3 corporis salutem querit: sed tunc tyrannizat quando turpia iubet et iura contemnit. vnde augu. iiij. de ciui. dei. c. iij. concludit q qui peccat etiaz si regnet seruus est: nec vnius hominis: sed quod est grauius tot dominorū quot vitiorum. Nam melior est q̄ dominatur animo suo expugnatione vrbium: vt scribitur puer. xvi. De bono igitur rege dici potest illud prouer. xx. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.

Capitulum. xvi. de liberalitate principum.



T dicitur prouerbio. xix. Diuitie erogate addunt plurimos amicos. et policratus lib. iij. ca. xiij. narrat qualiter titus ratione liberalitatis fact⁹ fuit amabilis atq3 sui patris auaritiam tota liberalitatte curauit: vt tota eius complacentia in largiēdo foret: et tanto animo munera dare affectabat q vltra posse dona promittebat: et cum redargueret dicebat. Nemo inquit a facie principis debet recedere tristis. vnde cum quodaz die nihil cōtulisset dicebat. O amici mei diem hunc perdidi. Nullum eniz vitium deterius auaritia signanter in principibus: vt ait tullius pmo de officijs. ca. xxiij. Nempe largitas facit pncipes famosos et claros: vt ponit ibidem tul. ca. xviij. et boetius. i. de cōsolatione. ca. v. dicit q claros largitas facit. Moraliter ergo auferenda est auaritia de cordibus: vt celestis glorie claritudinem mereamur. Nam sicut liberalitas in seculo reddit homines famosos: sic largitio in christi nomine facta facit rapere celos. Reprobāde sunt tamē pluriū pncipum largitiones stulte. vnde seneca li. i. de beneficijs li. xi. Respiciēde sunt facultates quas prestamus atq3 psone quibus damus. et reprobat largitatem alexandri qui dedit vrbē cuidam elemosynam petenti: et cum ille diceret q sibi talis elemosyna nō conueniebat: alexander respondit. Nō curo inquit quid te accipere deceat: sed quid me dare cōgruat. Hec vox inquit seneca regia videtur et animosa: sed est stultissima: qr decet considerare quid cui quādo et quare largimur. Idem seneca ibidē de nimia cupiditate redarguit antigonuz. cui cum quidam peteret talentum: respondit q plus petebat q̄ decebat hre. Ille igit̃ vidēs se repulsuz petijt

denarium; cui antigonus. Non decet inquit regez tam modicā rem dare. itaqꝫ ꝑ cauillationez nihil se datu rum cōclusit. Si igitur alexandri reprehenditur indigesta liberalitas, potius antigoni detestanda est cupiditas. Nempe tulli. i. de offi. ca. xvij. dicit ꝙ largitas debet exerceri cum intentione ordinata nō ad iactantiam ꝛ pompā; sed ad ꝓfectū suscipiendū. Nam fatuā largitionē sequunt̄ rapine; itaqꝫ nō sua sed aliena distribuūt. vnde ambrosius li. i. de officijs. Nō est inquit largitas si quid largiaris vni ꝛ alteri extorqas. ꝛ subdit. Perfecta largitas est; necessitatibus singulorum occulte subuenire; vt liberalez laudet os pauperis ꝛ nō labia propria. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. mathei. vi. ꝛ tul. i. de offi. ca. xiiij. Ea inquit libertate vtamur que prosit amicis noceat nemini. Nihil enī liberale est quod nō est iustum. Insuper seneca li. i. de clemētia ca. xiij. Non est inquit liberalis q̄ de alieno est liberalis. Ceterū nō suf ficit de suo dare proprio; sed oportet hilariter ꝛ libere dare. vnde seneca. i. de benefi. ca. vi. Beneficium aspere datum vocat panem lapidosum quē esurienti capere est necessarium; tamen acerbū. valerius li. v. c. i. narrat de legatis carthaginēsium. Qui cū venissent romaz ad redimendū suos captiuos; cenatus protinus his nulla pecunia accepta; reddidit iuuenes numero duum milium ꝛ septingentorum quadragintatrium expletissimos rerum. vnde tantū hostium exercitum dimissum tantā pecuniam cōtemptam tot punicis iniurijs veniā datam ipos legatos obstupuisse arbitrandū est; ac secum dixisse. o munificentiam gentis romane deorum benignitati equandam. O etiam nostram legationē supra vota felicem. Nam quod beneficiū nunꝙ̄ dedissēmus accepimus. Vide per libertatē romani famam atqꝫ dominia sibi cōquestarunt sic pariter paupibus xp̄i bona erogantes celorum regnum sibi acquirunt. Itaqꝫ liberalitas decens est in p̄ncipe maxime nihilqꝫ turpius in ipō ꝙ̄ auaritia. vnde innocētius papa sic dicebat. Quid īquit ꝓsunt tibi o frater diuitie; quid glorie quid leticie cum nō liberent hominē a morte; nō defendunt a verme; non eripiunt a febre. Ecce qui iam gloriosus sedebat in aula; modo iacet despectus in tumba; ꝛ qui vescebat̄ delicijs in cenaculo modo cōsumitur a vermibus in sepulchro. et subditur.

Timeant igitur diuites illud iacobi. Agite nunc diuites penitentiam; plorate vlulantes in miserijs que aduenient vobis cum dicetur. Diuitie vestre putrefacte sunt; ꝛ vestimenta vestra a tinea comesta sunt Aurum ꝛ argentū vestrum vastauit erugo; ꝛ in nouissimis dieb' thesaurizatis vobis iram dn̄i ꝛ in luxurijs

enutritis corda vestra. Pauperes igitur christi fame perierūt quos nō subueniēdo occidistis ₇ ecce sanguis eorum clamat ante deum de terra ₇ dicit. Uindica domine sanguinē nostrum. hec innocentius. Nec tamen pena cōminata ab auaritia animum debet reuocare. quinimo ſm dictamen rationis honor debet pferri vtilitati. vnde valerius li. vi. c. iiij. narrat qualiter dario iam vno ₇ altero prelio virtutem alexandri experto atqꝫ ideo ei partem regni thaurotenus monte: ₇ filiam in matrimoniū cum decies centū milibus talentum polli cente cum parmenio alexadro dixisset se si alexander esset vsurum ea cōditione. cui alexander respōdit ₇ ego vterer si parmenio essem. Ex qua hystoria colligitur ꝙ alexander potius honorem ꝙ̄ cupiditatem amabat Nempe auaritia in principe signanter pessima est. ideo apostolus dicebat. Nec auaritia nominetur in vobis que est idolorum seruitus. ₇ ecclesiasti. xv. dicitur ꝙ diuitie congregate in maluꝫ domini sui pereunt in afflictione pessima. ideo catho. Dilige denarium; sed parce dilige formam: quia scilicet pecunia nō ad cupiditatem: sed ad necessitateꝫ acquirenda est.

Capitulum decimumseptimum de patientia principum.



Atientia ₇ si omnes principem tñ maxime decet. exemplo apl'i. ij. corinthi. iiij. In omnibus inquit tribulationem patimur: sed nō angustiamur aporiamur: sed nō destituimur persecutionē patimur ſꝫ nō derelinqmur. Fratres igitur confortamini in dño ₇ in potentia virtutis eius. scribit ad ephe. vi. Attendamus eniꝫ ꝙ̄ta fuit in antiquis animi patiētia atqꝫ constantia. narrat enim policra. de cesare augusto li. iij. c. xiiij. ꝙ mire patiētie fuit. vñ dicebat ꝙ vir habere debet in auribus diligentiaꝫ: in lingua taciturnitatem: ₇ in aīo quietē. Hec enim didici a iuuentute mea. vñ grego. xx. moralium dicit ꝙ princeps refrenare debet impatientiā ex ꝯsideratione paritatis sue cū illis quibus preest. vnde sene. li. i. de clemētia dicit ꝙ princeps cauere debet impatientiam que deformat hominem exteriorem ₇ cōfundit interiorem. quapropter ideꝫ seneca de ira libro p̄mo Nihil inquit eque ꝓfuit iratis sicut intueri suam deformitatem. Nā ira faciem turbat: ora pulcherrima defedat: toruos vultus ex trāquillissimis reddit: omnisqꝫ decor relinquit iratos. ₇ ideo dixit sixtus: ꝙ iratis profuit aspexisse speculum: vt imago repercussa ostendat homini suam deformitatem: quoniā ira viri iusticiaꝫ nō operatur. iacobi. i. Decet igitur in

tribulationibus constāter pmanere vt sit fortitudo et decor indumētum eius atq; verificet illud eccl'ast.xlvi. Usq; in senectaz pmansit illi virtus Etenim li. de vita cesaris legitur q cesar patientissimus fuit: atq; de sibi dicti iniurijs vindictā nō egit s; dissimulauit atq; cum suos aduersarios subiectos habebat sepius pepercit. Nam vir nobilis audiens improperia debet cogitare eorum stulticiam seu ignorantiā: vt ponit seneca li.iij. de ira vbi narrat q cum chimargies hystoriarum scriptor quedaz contra cesarez scripsisset monuit cesar vt sermone moderatiori vteretur quod facere rennuebat: nec tamen cesar se vindicauit: sed solum domum suam sibi interdixit. Et ideo cōcludit seneca. Non qui offendit fecit quod voluit tanq̄ inimicus: sed qui prudens erat aliene stulticie remisit. Insuper Seneca de mira patientia antigoni narrat ibidem. Qui cu; multa improperia audiret dicebat q militem decebat nō solu; certare baculo: sed etiam animo viriliter. Ergo agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino: iuxta pphetam Quid enim prodēst ira suum animū affligere: qui enim sapiēs est pati discit nec de leui mouetur.

Capitulum decimumoctauuz de legibus.



Sine legib' policia regulari nescit. Unde romani suis legibus suā policiā sublimauerūt: vt ponit policratus li. vi.ca.xij. et tullius in sua prima rhetorica li.i. ait: q omnes leges ad commodum reipublice referēde sunt: et sicut medicina corpori pdest sic reipublice leges. Insuper ambro. in suo exameron omelia.v. dicit q reipublice ē vsus eē cōes: atq; obfuare deuotōe cōmuni q̄si plures partes reuererī: quorum cōsilio respublica gubernet Nec tñ leges sunt quibus mala imperant: qm̄ lex est recti pceptio: prauiq; depulsio: vt ait tul. li. de natura deo; vl' lex est ius scriptum asserens honestū: phibensq; ɔtrarium: vt ait gratianus. Nam lex est interpres equitatis: rerūq; diuinarum et humanaru; cōpos: vt ait crisippus. Ea ppter veteres legibus policias regularum sicut solon et ligurgus: sed crescentibus vicijs leges perierunt: vt ait seneca epl'a.xciiij. vnde augu.i. de ciui. dei. ca.xvi. et A. gellius li.ij.c.xi. narrat q apud athenienses leges solonis in asseribus ligneis incise erant: vt sempiterne manerēt: nā leges sunt sicut capistrum vl' frenū equo: vt ait chrisostomus sup ioh. omelia.xxxvi. Nunc tñ vnusquisq; voluntatem p lege capit. Abusio tamē maxima est pp'lus sine lege qui licet legem se habere pfiteatur: diuina; tñ censuram

non imitatur:q2 teste augu.iiij.de ci. dei ca.vi. Omnis lex est inanis:nisi ipsius censura diuine legis imaginez gerat. Quapropter diuina sapiētia puer. viij.ait. Per me inquit reges regnant:ꝛ legum ꝯditores iusta decernunt. Fidelium ergo ciuitas lege diuina reguletur:q2 tunc ciuitas est dei qñ rex est veritas:lex est charitas ꝛ modus est eternitas:inquit augu. epl'a.v. Sed ciuitas tunc est diaboli quādo rex est mēdacitas lex est impietas ꝛ modus est īstabilitas. Huius enim ciuitatꝫ ciues sunt impij homines qui lege diuina relicta vtilitatem ꝓpriam equitati ꝓ̄ferunt. sed lex diuina lꝫ sit vna oibus:tñ sufficit ꝙ multiplex est in fructu ꝛ virtute. vnde iob. xi. multiplex lex eius. Ipsam tñ plures nō sufficere putant:aut ipsius obseruantiam spernūt:sicut athenienses qui cū equissima iura sed iniquissima ingenia haberēt:maluerūt suis moribus ꝙ̄ legibus vti:vt ait valerius li.v.c.iij. Tales enim sunt sicut tele aranearū que animalia infirmiora detinent sed validiora abire permittunt:q2 tales condunt leges quas iubent inseruari:sꝫ ipi obseruare nolūt: ꝓut ait vale.li.vij.ca.iij. Quia eorꝫ leges solum pauperes opprimūt:et diuites in suis malicijs nō puniunt. iuxta illud ꝓuer.xvij. Qui iustificat impium ꝛ condēnat iustum abhominabilis est vterqꝫ apud deum. Legibus igitur ipsius xpi regulemur in presenti vita dum viuimus.

Capitulum decimumnonum de consilio principum.



Principes absqꝫ consilio plebez faciliter dissipabunt. Nulla eniz policia absqꝫ consilio ꝓsperari potest. vnde tul.i.de offi.ca.xxij. Modica inquit sunt arma foris:nisi cōsiliū interius fuerit. ꝛ ibidem concludit ꝙ ciuitati athenienſiū plus ꝓfuit cōsilium solonis ꝙ̄ victoria themistodis. Insuper sene.lib.de trāquillitate animi circa ꝓ̄ncipium dicit ꝙ ille solus reipublice nō ꝓdest qui de pace tantūmodo vl' de bello curat:sed qui iuuentutez exhortat' atqꝫ bonis ꝓ̄cepti virtutez instituit:atqꝫ ruentes ad pecuniam seu luxuriā retrahit. ꝛ tul.de senectute. Consules cōparat illis qui regūt nauem. Sana igit' ꝛ matura imitāda sunt cōsilia que in senibus reperiūtur:vt frequēter. Unde roboā dereliquit ꝯsilium senū ꝛ iuuenum adhesit consilio. ꝛ ideo regnum amisit:vt dicitur.ij.regū.xij. Naz in antiquis est sapiā:vt dicit' iob.xi.narrat eñi vale. li.vi.c.ij.de marco castritio qui. Cn. carboni sibi mināti ꝛ dicenti multos se hr̄e gladios:respōdit ꝛ ego annos quasi dicat:ideo te nō timeo. Insup au.epl'a.xxxviij.ad dioscoꝝ narrat ꝙ̄ demosthenē pbo q̄liter hītu simplex

erat. accidit tamē vt rogaretur quatenus vellet canere cū lira: sicut olim facere mos erat qui recusauit dicēs se nescire: cui mulier quedam ait. qd igitur nostri. respondit. Rem inquit publicam noui ex parua facere magnam. Non igitur leuia sed matura querenda sunt cōsilia: qm̄ teste tulli. i. rhetorice ca. xxiij. Prudentis est bene cōsiliari. ꝛ cōmentator dicit ꝙ bona cōsiliatio est habitus cōiecturatiuus ꝑm ratiocinationem operabiliū. ꝛ bonus cōsiliator dicitur ille: cui talis habitus inest: cuiusmodi est homo iustus ꝛ sapiens. vnde. vi. ethicoruꝫ dicit̃ ꝙ homo naturaliter est ꝯsiliatiuus: nō tamē quicunqꝫ homo sꝫ qui sapiens est ille cōsulere nouit. A sapiente igitur ꝑquire cōsilium: vt dicitur thobie. iiij. ꝛ nō ab insipiētibus vt dicit̃ eccl'asti. viij. Cum fatuis cōsilium nō habeas: vt dicitur ibidem vnde ꝓuer. xxiij. Astutus oīa agit cum consilio. ꝛ seneca in tractatu de virtutibus sic ait. Si prudens eē cupis futura ꝓspice ꝛ que possunt contingere animo intende. Nihil tibi subitum sit: sed totum ante perspicias qui enim prudens est nō dicit nō putaui hoc fieri. Non enim dubitat sed expectat nō suspicatur sed cauet.

Capitulum vicesimum de militibus.



Militibus eo pacto virtutes cōpetunt quo milites interpretari volunt. Miles enim vir est quasi ex mille electus: sꝫ qualis electio erit nisi virtutibus floreat ipse q̄ tot homines precellit. Militib' igitur virtutes competunt corporis et mentis: vt corpus in bello valeat et mens bona ꝓuidentia dirigatur. Et quāꝙ omnē virtutem habere militē decor esset: quasdam tamen sibi pre congruere legimus. Decet enim militem fore strennuū ac promptum ad licitos ꝛ honestos labores. iuxta illō quintilia. cā. vi. Labori inquit oportet insistere vbi effectus promittitur qꝛ naturalis est fauor pro laborantibus: vt inquit indem quintilia. li. iiij. de oratoria institutione. vnde seneca ad lucillum. Generosos animos labor nutrit: nec est viri timere sudoreꝫ Nam mollicies est fugere laboriosa vt inquit aristo. iij. ethi. Erubescant ergo milites temporis huius in quibus nō strennuitas sed mollicies est loco galee pileum castoreum accipiunt: ꝓ lancea baculum sceptro similem ꝓ armis vestes rubricatas ꝛ polítas ꝛ omnē militie laboreꝫ plurimi ad voluptatē transtulerunt. Uerum tamē teste virgilio in georgicis li. i. Labor oīa vicit. ꝛ matheo in thobia Est carnis cultura labor caro nuda labore. Fit sterilis spinis obsita mes

sis inops. Vereantur igitur milites ociosi ad labores tardi. Nā teste vale. li. viij. c. viij. Ocium industrie maxime videt̄ ꝯtrariuȝ. itaqꜫ milites ex ercitio frequēter debēt habilitari: vt laboribus subesse nō ita timeant. nā teste gaufrido in poetria. Ars tritos vsus ꝓmptos imitatio reddit. Artifices aptos tria ꝯcurrentia summos ꝛ ouidi. iiij. tristium. ingeniūqꜫ meuȝ longa rubigine lesum. Torpet ꝛ est multo ꝙ̄ fuit ante minus. Fertilis assiduo si non renouetur aratro. Nil nisi cū spinis gramē habebit ager. Contulit ingeniū patientia longa maloꝝ que verba innuūt exercitio indigere volentē fieri virtuosum eū precipue cuius vocatio militia est. vnde magister seilo. Discere ne cesses: aderunt post semina messes. Post lachrymas risus: post exiliuȝ ꝑadisus. Flesi solarij ieiunia si satari. Da si ditari serui si vis dominari. vnde tul. in tusculā. qōnibus li. i. Grecoꝝ inquit ꝓuerbium est quā quisqꜫ nouit artem in hac se exerceat. Erubescant igitur nobiles pigri ꝛ pusillanimes quibus mos nō prelia sed edia sequi: nō irruunt ꝯtra hostes: sed ꝓximis emulantur. Castra vi non capiunt sed feminas ꝛ puellas violare non metuunt vitam nō exponunt ꝓ reipublice defensione: sed potius breuiant dies ex gulosa comessatione nō petūt naues vt transeant flumina: sed nauiuȝ vice odorifera poscunt balnea: nō se vento exhibent aut pruine: sed vmbram domiciliorū sectantur. His et enim modis exercitiū militie pretermittunt.

Ca. xxi. de fidelitate militum.



Militantibus cōgruit vt sint fideles. In hoc enim militia fundata est: vt nulla fraude vituperet̄. vnde in ꝓuer. sapientum dicitur ꝙ etiam hosti ꝯgruit tenere fidem. Qui enim fidē ꝑdidit nihil pōt vltra perdere. ꝛ quintilia. causa. viij. Non habet inquit causam loquendi cui credi nō potest: aut cui ablata est omniuȝ verboruȝ fides omnisqꜫ sermonis auctoritas. Abscedant igit̄ hij qui se dicunt nobiles: ꝛ tamē fraudibus ꝛ infidelitatibus sua prelia exercent quod ꝓmittunt minime tenēt Verūtamen tul. i. de officijs. Fūdamentum primū iusticie est fides. ꝛ seneca ad lucilluȝ epl̄a. lxxxviij. Fides est sanctissimū humani pectoris bonum: nulla necessitate ad fallendum cogit̄ nullo ꝑmio corrumpit̄. vnō refert vale. li. iiij. c. viij. ꝙ cū fabius captiuos ab hannibale interposita pactione nūmorum recepisset: ꝛ illi a senatu nō prestarent̄: misso in vrbem filio fundū quē vnicū possidebat vendidit: eiusqꜫ p̄ciuȝ hannibali ꝓtinus numerauit. vnde vale. li. viij. Bone

fidei venditorem nec cõmodorũ spez augere:nec incõmodorum cognitio/nem obscurare oportet.τ lib.ix.ca.i. Occultũ τ insidiosũz malum est pfi/dia cuius efficacissime vires sunt mẽtiri τ fallere. Fructus in aliquo commisso scelere cõsistit: nephariisq̧ vinculis circũdat:τ tñ incõmodi affert humano generi q̃tum salutis bona fides pstat. Nihilominus teste salustio in iug.paucis carior fides q̃ pecunia. Omnes etenim fideles eẽ honestum est. Illos tñ precipue quorũz status militaris: quorũq̧ vocatio ẽ rempublicã defensare. Nempe tales si fidelitate careant:nimiꝝ si eorum hostes fidelitatẽ eis nõ teneant. itaq̧ fidei pditio vtrãq̧ partez pugnãtium fugabit:vnam vi:aliam proditione:τ sic absq̧ fidelitate nulla fiet defensa:sed vndiq̧ gigneť offensa. Audiui etenim sepius quoddam genus hoĩum fidelitate carere. Mirũ est igitur cur oppositi milites fidelitatem in eis expectant: Infinitis nẽpe pditionibus fraudati sunt ab eis in quibus cõfidere nõ cessant. vñ tul. in rhetorica prima. Summa inquit clementia est in eoꝝ fide spem habere:quorum pfidia totiens deceptus sis. Heu heu miserum nusq̃ tuta fides.inquit virgi.iiii.eneidos.τ lucanus. Nulla fides regni sociis.τ subdit. Nullis credite.τ ouidius li.ď põto. Et cum fortuna statq̧ caditq̧ fides:q: scꝫ multi extra manus hostiũ positi: promissa obseruare contemnunt. Nihilominus nulla grauior infamia:nullũ peius infortuniũ q̃ infidelitatis habere nomẽ. Nec sapiens miles tñ odit hostes fideles q̃tum cõmilitones infideles. vnde ouidius i. de arte amandi. Reddite depositũ pietas sua federa seruet.τ lucanus libro.viii. Ardua quippe fides robustos exigit annos:tanq̃ diceret q̃ robustus animus fidelis est:sed fragilitatis τ nimie iuuentutis est frangere fidem. de qua arator li.ii. Hec est vera fides quaz lex cõmũnicať amoris:mediisq̧ tenebris apparet radiata fides. Fit laurea iustis ex precio quod terror agit: mensuraq̧ virtus crescit in aduersis. que verba nil aliď sonant q̃ nulla ex causa frangenda est fides:sed fidelitas in aduersitate pbatur τ crescit. Et sicut milites fideliter obseruare debent quod pmittunt:ita attẽdere debent ne captiuis aliquid vi petant qď infidelitatis occasionem exhibere possit. Attendãť etiam ne mala occasione quosq̧ inuadant. Nam genus infidelitatis ẽ nõ solum a pmisso recedere:sed etiã friuole aliis insidiari:aut proximos p̃liis emulari. Hesito.n. an titulo prauo pugnantes in hostibus fidelitatẽ reperire mereanť aut vtrum pmissa obseruare teneanť. Sic enim hesito vt q: quicquid arbiter fidelitatẽ semper bonã esse atq̧ laudabilem quicquid nõ vitiosum puniťur iure te/

netur. Nihilominus tamen iusto dei iudicio fit: vt qui inique et absque rone prelianf in promissis decipianf. itaque estimo istos hoc mereri. Difficile est tamē vt credam alios in pmissis nō teneri vbi primum vitio caret: vt prefert. Esto etiam q pscia hos nō obliget. tñ hoc vult militia vt fidelitatem in oībus obseruare noientur. Attendāt igif milites vt iuridice plia suscipiant. vnde ouidius de arte. Judice me fraus est cōcessa repellere fraudem: armaque in armatos sumere iura sinunt. et li. sine titulo. Sepe soporatos inuadere pficit hostes scz iuridice. et ibides li. ij. Pugna reluctanti cessat in hoste magnus. et. iij tristium. Pugna suum finē cū iacet hostis habet. Attendat aūt miles ne de se nimis confidat etiā si ius habeat: q2 teste catho. Victorē a victo superari sepe videmus. et claudian9 in maiori. Sepius in caute nocuit victoria turbe. Sit etiā miles animosus in iure suo. iuxta illd ouidij in epistolis. Non faciūt molles ad fera tela manus. Paruum certamen prelia magna mouet. Milites igif iuri suo ideo faueant fideliterque prelienf alienoque iuri minime derogent vt in fidelitas mihi oriaf. Que enim tibi militie gloria: si ppriam patriā inuadis: si ex ira vl superbia preliari concitaris: aut si proprio opere vincaris aut si maius damnum ex casu q̄ cōmodum ex victoria sperare videaris Nomine enim cōmodi nō solum facultates sed etiam famā et honorem intelligi puto. Nempe aliqui predictis ex causis prelia susceperunt quorum opus iure laudeque caret: q2 teste tullio in antonium omnino nulla causa iusta est cuiq contra propriaz patriam pugnare. et idem tullius p marcello. Iracundia inquit et superbia consilio inimica est: cuius occasione prelia fieri nō debent. Rursus in puer. sapientum dicif q his puni tur qui proprijs armis perit. Diu ergo preparandum est bellum: vt vincas scelerius. Ceterum suetonius libro. xx. de. xij. cesaribus. Augustus inquit prelium suscipiendum omnino negabat: nisi maior emolumenti spes q̄ damni metus ostenderetur. His itaque allegationibus clare patet pugnam iuxta ratione tantūmodo assumi debere. Itaque fidelitas nō solum in promisso: sed etiam in aggressum circunspicienda est. Militia autem dedecus patitur nisi fideliter exerceatur: et in milite nil pulchrius est q̄ fides eius: non solum erga homines: sed etiam maxime attendere habet: vt sua militia deo subseruiat. Nullus enim miles tantū principi q̄tum deo tenef. Attendant igitur milites dominis suis fideles deo tamen non neglecto debere existere. vnde policratus lib. vi. ca. v. dicit q duo sunt pcipue in milite. scz electio et scāfm: vt scz fedus pmissuz teneat

Et vegetius loquens de re militari dicit q totus reipublice salus in hoc consistit: vt tyrones scz milites non tantū corporibus: sz etiam animis p̄stantissimi cōpareant: atqz iuramenta suis principibus facta obseruent. Verūtamē est q milites principi tēporali potius q deo fidem seruant. vnde pchdolor illa sollēnis cōsuetudo inoleuit qua fiebat: vt quilibz miles ipa die qua miles fiebat ingrederetur ecclam atqz gladio sup altare posito τ oblato sollēniter iurabat se p defensione fidei certare τ deo perpetuo famulari. vnde vege. li. iiij. ca. i. narrat quomodo milites deo iurare debent: suosqz principi p deuz scz de fidelitate seruanda. Narrat etiaz tul. i. de offi. ca. xi. quō pompilius imperator filiū catbonis in suo exercitu admittere noluit: nisi prius cum sacramento fidelitatem sibi iuraret. Hec aūt omnia dicta sunt: qz fideles scz xpi milites vsqz ad mortē certare debent: vt scz eccla protegatur τ legis christiane veritas pmulgetur. vnde policratus li. vi. c. vij. Huius inquit militie est ordinate tueri ecclam τ pfidiam impugnare: sacerdotiū venerari; pauperez defensare: iniurias placare; τ si opus est animaz ponere: vt scz de illis verificetur illud pphete. Gladij ancipites in manibus eorūz Nunc tamen hominum militia fidē christianam nō fouet: sed potius deprimit. Verūtamen legimus apud antiquos hunc morem fuisse: qz scilicet milites spolia hostium dijs cōsecrabant. valerius li. ij. ca. i. de iulio cesare narrat q prohibuit spoliari templa. τ ideo per bienniū remansit inuictus donec presumpsit insurgere cōtra deos atqz inuadere tēplum appolinis. Idem etiaz narrat policratus vbi supra. Itē egisippus narrat quomodo pompeius nō permisit spoliari templa. τ ideo sibi pepercit alexander. Ex his igitur patet q militia ecclesiam debet offensare. Moderni tamen milites coram mulieribus de bellis narrant: τ coram simplicibus de victoria illustrium militum se iactant. nec tñ habent belland i vsum vel artem: qz lasciuie potius q̄ militie intendunt. Verumtamē lasciuia milites eneruat: vt docet seneca epistola. liij. vnde ibidem ait q indurandus est animus militis τ blandimentis voluptatum pcul abstrahendus Nempe hannibalem induratum niuibus τ laboribus campanie fomenta eneruauerunt. Armis inquit vicit fuit tamen vitijs victus. Attendendum est igitur quomodo gedeon cū trecentis viris qui aquam non biberunt: sed curuatis genibus diutissime penam sustulerunt victoriam obtinuit. Sic enim milites non in voluptatibus: sed in laboribus exercere debent militiam: vt tanquam animalia diuisa sint: imperpetuum signum federis.

Ca.xxij.de bellis.



P Relium illicita occa⸗ sione susceptum ma lo iuridice debet fine terminari. vñ augu. v.de ciui.dei.ca.xxij. cõcludit ꝙ bellũ nun ꝗ debet fieri sine magna necessitate ⁊ sine iusta causa.nam iudith.v.legi tur ꝙ alchior alloquendo olofernez post ꝗ plurima dei beneficia recita⸗ uit concludit dicens.Nunc igitur do mine perquire si est aliqua iniquitas eorum in ꝯspectu dei ⁊ ascendamus ad illos;quoniã tradens tradet illos deus eorum tibi.si aũt nõ est offensa populi huius coram deo suo;tũc nõ poterimus resistere ei;quasi diceret. ꝙ nõ est bellandum nisi cum iusta cã. si aũt iusta causa fuit nõ est timẽduz vnde nume.xiij. Nolite timere deus vobiscum est.⁊ leuitici.xxvi.Si in p̃⸗ ceptis eius ambulaueritis ⁊c.⁊ se⸗ quitur. Persequimini inimicos ve⸗ stros ⁊ corruent coram vobis. Nec tamen sufficit vt bellandi causa iu⸗ sta fuerit;sed etiã vt iusti sint ꝗ̄ preliã tur.vnde iosue.vij.legitur ꝙ propter peccatum ipsius achor multi de po⸗ pulo fuerunt occisi. Principes igit̃ sunt informandi tpe belli;vt dicit̃ ec⸗ clesiasti.iij.Sed nunc ꝓch dolor vi⸗ demus aut prelia sine iusta cã fieri; ut ab iniustis ꝑsonis bella cõpleri; tꝗ modernoꝝ dominia in tyranni⸗ am mutata sunt nec dominant̃ vt fo ueant;sed vt spoliare studeant.Attẽ damus enim illud iob.lv.Numerus annorũ incert⁹ est tyrãnidis eius;q2 sc3 dñium tyrannorũ breue est ⁊ ca⸗ sum de iure postulat.quinĩmo signũ maximũ ꝑditionis est dominij quan do ꝑnceps ad tyranniã inclinat̃;aut suos officiales tyrannizare ꝑmittit. ideo eccl̃a.x.dicit̃.Regnũ a gente in gentem transferet̃ ꝓpter iniusticias ⁊ contumelias ⁊ diuersos dolos;vt patuit de saule.i.regũ.xij. Quapro⸗ pter quicunq3 tyrannus est;de peri⸗ clitatione dominij sui formidare ha⸗ bet.Ille aũt est tyrannus qui est rex iniustus;vt ponit aug.ij.de ciui.dei. ca.xx.⁊ aristo.viij.ethicoruz ponens differentiã inter regẽ ⁊ tyrannum di cit ꝙ tyrannus est qui comodum ꝓ⸗ prium intendit.Rex autẽ dicitur qui subditorum querit vtilitatem.vnd̃ in ꝓuer.xxviij.Leo rugiẽs ⁊ vrsus esu⸗ riens ꝑnceps impius sup populum pauperẽ;dux ingens prudentia mul⸗ tos opprimit ꝑ calũniam.de quibus isaie.i.dicitur.Principes tui infide⸗ les socij furum omnes diligunt mu⸗ nera.vnde seneca li.iij.de naturalib⁹ questio.capi.i.Potius inquit decet deorum opera celebrare ꝗ philippi aut alexandri latrocinia;nec l̃ ꝓcipuũ est in rebus humanis classibus ma⸗ ris transire seu emuloꝝ iniurias sub egisse.Nulla inquit maior est victo⸗ ria ꝗ vitia domuisse;q2 innumerabi⸗

les sunt qui vrbes et populos habue runt in sua potestate: sed paucissimi peccatis caruerunt. Nunc tamē principes vitia domare nō curant: sz omni tyrannia preintenta subditorum vtilitatem atq3 virtutum acquisitionem ptermittunt: nec bella intercipiunt vt iusticiam foueant: sed potius vt suis pompis et iactantijs satisfacere queant. Tales enim nō reges sz tyranni sunt: q2 non aduersarios sed subditos īuadere petūt. de quib9 po li. li. viij. c. i. dicit q tyranni sunt q nō legibus sed pprio arbitrio imperāt Reges autem sunt qui pprium arbitrium legibus submittunt. et idez po licratus libro. iij. concludit q tyrannum occidere iustum et equum est. vñ tullius. iij. de officijs ca. vij. Nulla est inquit nobis societas cum tyrannis: sed potius summa distinctio Neq3 enim cōtra naturam est tyrannum spoliare si possis: sed etiam necare est honestuz. Etenim membra amputanda sunt si sanguine et spiritu careant ne ceteris membris noceant. Illa igitur infirma hominum feritas: et inhumanitas a cōmunitate segreganda est ne subditam plebem contaminare posset.

Capitulum vicesimumtertium de regimine militum.



Militia prosperari nequit: vbi nulla virtus vbi sensus nō habitat vnde romani teste po licrato libro. vi. ca. vij. Preualuerunt aduersus multitudinem gallorū: pceritatez germanoz vires hyspanorum: dolos afroruz: et hoc per felicitatē et sapiam: Sic etiā per fidem atq3 veritatis studiū quecunq3 peccatorum cōtagia subiugare poterimus. vnde qītum ex narrationibus colligit: milites olim poti9 ingenio et sapiētia preualuerūt q vi ribus corporis: sic pariter in via morum potius est incedendum fm sapientiam christiane legis q fm vires corporis. Nam sicut in gen. legitur Esau in viribus corporis erat fortior iacob. et tñ ab ipso scz iacob esau subplantatus fuit. Non igitur in viribus pprijs confidenduz: sed in sapientia leigs meditandum est: vt scz nō nobis sed scripture sacre cōsilijs acquiescamus in qua thesauri sapiētie absconditi sunt. vnde pompeius li. xi. narrat q alexander a patre suo exiguam militiam accepit. Verūtamen docta et in prelijs assueta erat. et ideo ipa mediāte innumerabiles hostes suppressit: sic etiam dum nascimur modicam militiā et modicas virtutes accipimus. si tñ in fide instruamur et in bonis opibus exercitemur ɔtra hostes pualebimus. vñ vege. li.

iiij.c.i.narrat ꝙ affita licet nauiū vsu nō indigeret ne tamē milites torpe- rent iussit naues edificari et milites ibidē exercitari:sic nunꝙ̄ occiosi esse debem⁹ ne carnis desideria succūbe- re nos faciāt. Plures tñ nō exercitiū bonoꝝ sed maloꝝ frequētant. nihilo minus tñ narrat vege. vbi supra qua liter catho suis militibus precepit vt rapinas nō facerēt sub pena abscisio nis dextre manus. qꝛ inquit militem ꝑdari nō licet. Insup li. de vita cesarꝫ exemplū satis conforme legit̄. Non debemus igit̄ in prauis sed in bonis ꝛ licitis opibus exercitari atqꝫ nō de ꝓprio sensu:ſꝫ de ꝯsilio sacre scriptu re ꝯfidere tenemur. vnde narrat vale rius li.ij.c.ij.ꝙ disciplina militaris ro mano impio multaꝝ vrbium domi- natione atqꝫ regnorum ꝛ gentiū re- gimen largita est. Simus igitur sa- pientes:qm̄ vita hoīs militia sup ter ram. Dicit enim policra.li.vi.c.viij.ꝙ militū vocatio est vt nō ꝑmittant. R. P. egere aut perire. Non sunt ergo milites qui ꝓpriam aīam in peccatꝫ dānari ꝑmittunt. vñ egisippus li.v. allegat dictū titi dicentis ꝙ in exerci tu nō solum requirit̄ virtus corpis ſꝫ etiā mentis:nec contra hostē fortitu do sed discipline norma ne scꝫ miles sit crudelis vel impius:aut ne prede potius ꝙ̄ victorie sit intētus:vnd lu ce.iij. Militibus dicit̄:cōtenti esto- ste stipendijs vestris. ꝛ est verbum beati iohannis baptiste. Plures au tem huiustpis viri se iactant nobiles indeqꝫ supbiunt ꝛ alios contēnunt: ceterosqꝫ rusticos nuncupant. et tñ ipi qui talia frequenter dicunt vilissi- mis opibus suam nobilitatē osten- dunt ꝛ cū alijs iniuriant̄ se ignobiles attestant̄. Utinam attenderēt illud iob.xxxi. Nunqd nō in vtero fecit me qui ꝛ illum. sup quo grego. pmo mo- ralium ca.xxi. Omnes inquit hoīes natura fecit equales. De nobilibus ī quit propheta ozee.ix. Gloria eoruꝫ ab vtero ꝛ partu. ꝛ boetius.iij. de cō solatione.ca.vi. O inquit ꝙ̄ inane et ꝙ̄ inutile q̄s videat. Et declarat ibi- dem q̄liter nobilitas nō est nisi laus parentum:nec dꝫ aliquis gloriari de laude aliena. vnde hieronymus ep̄la ciij. Non est inquit gloriandū de no- bilitate carnis:qꝛ nec virtutes nec vi tia parentum imponenda sunt filijs nisi supple fuerint imitatores paren- tum. ꝛ chrisostomus super matheuꝫ omelia.v. Nobilitas inquit seu boni tas parentum nō valet nisi fuerimus nosipsi boni. ꝛ omelia.xlix. cōcludit ꝙ nō valet habere iob in patreꝫ sine operibus iob. ꝛ omelia.xix. sic ait. Nihil inquit prodest malis bonitas parentum:ꝛ nihil obest bonis mali- tia. Etenim illi nō sunt nobiles:quia splendore parentum recesserunt lor- dibus ꝛ nequitijs vacantes:vt decla rat valerius li.iij.c.v. Quāobrem de tali nobilitate iuuenal̄ dicebat. Om ne animi vitiuꝫ tanto ꝯspectius in se

crimen habet: quãto qui peccat maior habetur. Nam ille nobilis est qui ṽtutibus claret: vt ait seneca epistola. xlv. Nam talis nobilitas donum nature est; nec debet exinde quis gloriari. quinimmo debet quisq̃ tanto esse humilior ex munere q̃to se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione: vt inquit gregorius libro p̃mo omelia. ix. ⁊ apostolus corinthi. iiij. Quid inquit habet quod non accepisti. si autez accepisti; quid gloriaris quasi nõ acceperis. ideo hieremie ix. dicitur. Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua. Ea enim que natura dedit nec laudem nec vituperium faciunt sed ea solummodo que libere contrahuntur ⁊ fiunt. ideo apostolus p̃mo ad corinthi. xi. dicebat. Gloria enim nostra hec est: testimonium conscientie nostre; quasi dicat ꝙ nõ ex naturalibus debemus gloriari: sȝ ex moribus seu proprijs operibus.

¶ Finit liber nonus.

¶ Incipit decimus in quo tractatur de diuersis statibus viuentium sub principe ⁊ habet xvij. capitula. cuius p̃mum est de diuitibus ⁊ eorum statu.



Ui sectantur auaritiam virtutibus vt plurimum nõ intendunt; sed quid ꝓsunt diuitie: si virtutes non habeantur. Narrat enim vale. lib. iij. ꝙ scipio oĩa tꝑalia postponens virtutes pretulit. vnde cũ ipe apud senatum romanoꝝ accusaret̃: ipe respondit. Cuȝ ego inquit africã vobis subegissem: nil aliud exinde nisi cognomen portaui: qꝛ scȝ fuit dictus scipio africanus eo ꝙ africaȝ romanis subiecerat. et ideo statim subdit. Locupletior inquit suȝ inuidia q̃ pecunia qꝛ scȝ hoĩes inuidebant plus virtutibus q̃ pecunijs suis; qꝛ etiam virtutes querebat potius q̃ diuitias. Sicut enĩ dicit̃ ꝓuer. xv. Cõturbat domum suã qui sectat̃ auaritiã. ⁊ ꝓuerbio. xxviij. Qui odit auaritiã longi fient dies eius. Narrat enim vale. li. v. ꝙ ꝯsules romani in tm̃ paupes erãt ꝙ dum morerent̃ liberis suis nihil relinquebant. vnde senatus romanoꝝ eoꝝ liberis ꝓuidere cõsueuit. Insup li. ij. de nugis phorum de artagogle rege legit̃ ꝙ auꝝ tanq̃ fictilia spreuit. vnde dicebat ꝙ p̃stantius est fulgere moribus q̃ rebus. Ipe enim vt ibidẽ dicitur. Rex cecilie fuit ⁊ hoc ꝑ fortunam: qꝛ pater suus figulus fuerat: ⁊ ideo vasis fictilibus semꝑ vtebatur. vñ dicebat. Non debeo ꝓpter

